

Universitätsbibliothek Wuppertal

Artivm scriptores minores

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1923

Cledonii Ars grammatica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1978)

CLEDONII
ARS GRAMMATICA

*Tadman
Jan. 1924*



Cledonii artem primum edidit Putschius 'ex libro Cl. viri Francisci Pithoei', ut scribit in indice scriptorum praefationi in gramm. lat. auct. ant. subiecto. Pithoei autem codex postea in bibliothecam Bernensem translatus nunc inter libros manu scriptos eius bibliothecae est n. 380. scriptus est litteris uncialibus, quas dicere consuevimus, saeculo, ut mihi visum est, sexto, ut in Sinneri catalogo cod. bibl. Bern. I p. 342 indicatum est, septimo, in membranis formae quadratae minoris numero centum et quinque. constat enim quaternionibus tredecim integris praeter secundum quaternionem, cuius primum folium deest, et duobus foliis ex initio quarti decimi quaternionis relictis, ita ut sex folia, quae quartum decimum quaternionem complebant, vel plures etiam membranas, in quibus extrema pars libri scripta erat, in fine codicis periisse adpareat. in singulis paginis plerumque viceni et terni versus scripti sunt litteris, ut in hoc genere scripturae fieri solet, accurate et aequaliter pictis neque ullis compendiis scripturae adhibitis praeter illa antiquissima eaque raro posita, *ū* pro *um*, *q.* pro *que*, *b.* pro *bus*. singulae litterae in continua scriptura omissae saepius a vetere librario super versus adscriptae sunt; plura recenti manu correctae, interdum etiam vetere scriptura in marginibus umore corrosis deleta litterae restitutae, sed tam male pictae sunt, ut quid scriptum fuerit non certo adpareat. his autem exceptis, quae non ita multa sunt, reliquis locis vetus scriptura satis certa et plana est. in f. 1 scripta est epistula grammatici ad amicum quendam, cui librum inscripserat. sed detrita scriptura in superiore parte primae paginae inscriptio epistulae cum primis versibus duobus ita deleta est, ut paucae litterae adpareant, quas una cum iis quae recentiore aetate addita sunt in scriptura codicis editioni subiecta exhibui. f. 2 prior pagina solum titulum libri a veterè librario scriptum continet, *ARS CLEDONII ROMANI SENATORIS COSTANTINOPOLITANI GRAMMATICI*; recenti manu subscriptum est *AD FIDUM*. inde ab altera pagina ipse liber scriptus est nova addita inscriptione, *EXPLANATIO TOTIUS | ARTIS COLLECTA EX DIUERSIS | CUM CETERIS | DE PARTIBUS ORATIONIS* (ante *explanatio* alia

manu praescriptum est *INCIPIT*, item *DONATI* ante *collecta*) *PROBUS ET UASSO* sqq. codicem olim Petri Pithoei fuisse indicat nomen eius in ima margine primae paginae scriptum, '*P. Pithou Emi Basilia . . 1568*'. inscriptionem Pithoei cum specimine scripturae ipsius codicis expressit C. G. Muellerus *analect. Bernens. part. III* (a. 1841) tab. II.

Hoc igitur codice, cum post Petri Pithoei mortem ad fratrem Franciscum, ut videtur, delatus esset, usus est Putschius, qui de editione sua in epistula ad Gruterum data, quae Cledonii libro praemissa est, scribit haec, 'ego sane in hac temporis angustia, e corrupto Cledonii codice plura eruere non potui, nec consultum videbatur ingenio nimis indulgere, quod sciam hanc rem multis male successisse. sed ut verum libere profitear, tanti non est qui bonas horas male auferat, ita saepe suaviter nugatur. quia tamen aliquot veterum auctorum fragmenta inedita continet, malui totum corrupte, quam illas ipsas aevi prioris gemmas separatim publicare, cuius rei causam facile suspicari potes'. et verissime quidem Putschius et de corrupto codice et de labore emendandi libri questus est. nam ut codex Cledonii antiquitate reliquos omnes latinorum grammaticorum libros superat, ita vix ullus in hoc litterarum genere extat, qui vel gravius corruptus sit vel maiorem in emendando molestiam paret. cuius rei causa non solum ex negligentia veteris librarii, quamvis is quoque multa peccaverit, sed etiam ex ratione et indole ipsius libri repetenda est. neque enim continuo sermone, sicut reliqui grammatici, qui commentarios in Donatum scripserunt, Cledonius praecepta artis exposuerat, sed interpretis munere functus ita per universum librum verba grammatici secutus est, ut ea quae vel accuratius explicanda vel uberius exponenda esse viderentur adscripta adnotatione illustraret. qui commentarius olim, ut videtur, una cum integro Donati libro scriptus erat; mox, cum ab illo separaretur, modo pauca Donati verba lemmatis loco singulis adnotationibus praescripta, modo ea ad quae interpretis adnotatio pertinebat omissa, interdum continuis antiquioris grammatici verbis transcriptis ea quae ab interprete adnotata erant interposita sunt. multa autem iam tum, cum primum in hanc formam liber redactus est, perturbata esse facile intellegitur; alia postea ab iis qui haec descripserunt et ad suum usum adcommo-daverunt corrupta esse videntur. saepius enim de uno loco plures scriptae sunt adnotationes, sive ipse Cledonius plura de eodem argumento 'a diversis veteribus', ut ait, *collecta* posuerat, sive quaedam ab aliis addita erant, eaeque non numquam aliis interpositis distractae, atque etiam eadem verba diversis locis repetita sunt. praeterea aliis omissis, aliis transpositis continuae adnotationes disiectae vel partes adnota-

tionum relictæ sunt; denique collectio quaedam scholiorum facta est, in qua nullo certo ordine ea quæ grammatici ad Donati librum adscripserant et inter se et cum Donati verbis mixta et confusa sunt. hinc facile existimari potest, quam molestum laborem suscepturus sit qui ex his turbis in suum quidque locum restituere velit. augetur vero molestia ac taedium emendationis etiam vilitate rerum quæ in hoc libro tractantur. plurima enim in vulgaribus illis præceptis et definitionibus, quæ in libris grammaticorum tractari solent, versantur neque aliam fere utilitatem habent, quam ut intelligatur, quo modo hæc olim in scholis grammaticorum ad artem Donati adplicata sint. sunt tamen aliqua ex reconditiore doctrina repetita vel minus vulgaria, quæ in aliorum grammaticorum libris non leguntur, propter quæ et olim Putschio dignus visus est liber qui ederetur, neque nunc in nova grammaticorum editione videbatur omitti posse. sed quoniam ea quæ in codice scripta sunt nisi multis et magnis mutationibus adhibitis in iustum ordinem revocari nequeunt, operæ pretium non fuit tantam curam huic libro impendere; sed satis consultum iri commodo legentium visum est, si relicto eo ordine qui in libro manu scripto est illud efficeretur, ut singulæ adnotationes quamvis dispersæ et perverso loco positæ tamen legi et intellegi sine molestia possent. itaque Donati verba accuratius, quam a Putschio factum erat, ab iis quæ ab interprete adscripta sunt separavi, atque quo facilius intellegeretur, quo singulæ adnotationes pertinerent, numeris paginarum et versuum ex mea editione Donati in margine adscriptis lemmata vel præscripta ab interprete vel omissa indicavi. deinde diversas adnotationes distinxi, ea quæ continuitatem verborum turbant uncis adpositis notavi, denique verba in codice negligentissime scripta, quantum fieri poterat, correxi. qua in re quid Putschio debeatur, satis habui tum cum a codicis scriptura longius recedebat emendatio indicare, in reliquis, quæ facile a quovis inveniri possent, nihil interesse ratus ut nomen auctoris adscriberetur. in describenda codicis discrepantia, quam separatam a mea adnotatione subieci, vetustati codicis hoc dedi, ut ne levissima quidem vitia præterirem. atque ea etiam quæ ad diversam scribendi vel pronuntiandi rationem pertinent, quoniam hæc in marginem reicere quam in continuitatem verborum recipere malui, indicata sunt, nisi quod *ae* et *e* vel *b* et *v* frequentissime mutata raro adnotavi. eorum quæ recenti manu adscripta sunt, quorum nulla auctoritas est, plerumque rationem non habui; siquæ a vetere librario correctæ sunt, corrupta scriptura ibi tantum, ubi alicuius momenti esse videbatur, exhibita est. librum manu scriptum ipse cum Putschii editione contuli; postea haud ingratum meae operæ supplementum mihi præbuit Hermannii Hageni Bernensis liberalitas.

is enim, dum librum a me excussum esse nescit, iterum cum Putschii editione diligenter eum contulit et suas schedas humaniter mecum communicavit. quibus comparatis cum iis quae ego exscripseram quaedam quae meam diligentiam fugerant inveni.

Cledonium in urbe Constantinopoli artem grammaticam docuisse et dignitatem habuisse Romani senatoris inscriptio libri docet. quare ea quoque quae de schola in Capitolio habita narrata sunt p. 1866 recte ita interpretabimur, ut Cledonium publico munere professoris artis grammaticae in Capitolio functum esse dicamus. neque dubito quin ex his ipsis scholis, quibus ille artem Donati interpretari solebat, liber quem habemus originem duxerit. ex hoc enim fonte repetendum est illud, quod plurima quae in Cledonii libro leguntur cum amplioribus commentariis, quos Servii vel Sergii et Pompeii nominibus inscriptos habemus, consentiunt. nam non solum rerum in his libris traditarum et rationis disputandi maxima est similitudo, quae quidem libro Donati, quem ducem secuti sunt, tribui poterat, sed etiam eadem fere vocabulorum exempla et veterum scriptorum testimonia ad regulas probandas adscripta sunt, atque ex ipsis artis praeceptis quaedam similibus verbis concepta invenias. quarum rerum cum plurima exempla per omnem Cledonii librum deprehendantur, tum facile adparet ita comparatum esse eum consensum, ut ea quae similiter apud illos grammaticos scripta sunt neque a Cledonio ex illorum libris peti neque ad illos ex Cledonii libro transferri potuerint, sed potius ex communi fonte et ad hunc et ad reliquos interpretes derivata sint. alia enim a Cledonio rectius et uberius quam ab illis tradita sunt, alia, quae a Cledonio omissa vel corrupta sunt, integra servaverunt illi. vidit hoc nuper Augustus Wilmanns de Varr. libr. gramm. p. 110, qui cum in quibusdam Varronis fragmentis hunc consensum interpretum Donati animadvertisset, omnes ex uno eodemque doctiore commentario hausisse, aliumque plura, alium pauciora inde sumpsisse existimavit. neque tamen in uno et continuo antiquioris grammatici libro haec omnia, quae tamquam veteris doctrinae reliquiae nunc apud plures dispersa sunt, olim coniuncta fuisse confirmaverim; sed constanti scholarum usu factum esse videtur ut ea quae a magistris grammaticae artis de Donati libro scripta vel scholis praecepta erant, id quod in primis ex Cledonii libro intellegitur, ad posteros propagarentur et iis qui postea in eodem labore versabantur certae copiae paratae essent, quibus ita utebantur, ut et disputandi ordinem a prioribus institutum sequerentur et quae ab illis memoriae prodita erant repeterent. itaque ad Cledonium quoque maxima pars eorum quae ille ex veterum scriptorum libris exhibuit et de sermone antiquioris aetatis disputavit iis quae olim in Donati artem adnotata et usu scholarum

tradita erant delata sunt. in primis vero huc referenda sunt ea quae de superiorum grammaticorum doctrina suis praeceptis interposuit. nominatim autem appellavit hos, quorum nomina adpositis Servii vel Sergii et Pompeii locis, ubi illi iisdem auctoribus usi sunt, infra scripsi, Varronem p. 1861, p. 1897 (Serg. p. 492, 37 Pomp. p. 143 ed. Lind.), p. 1904 (Pomp. p. 233), p. 1905 (Pomp. p. 239); Plinium p. 1901 (Pomp. p. 172 et 202), p. 1906 bis (Pomp. p. 237); Terentianum p. 1884 (Pomp. p. 42); Probum p. 1861, p. 1874, p. 1901 (Pomp. p. 92), p. 1906 (Serv. p. 435, 25. Pomp. p. 235); p. 1933 (Pomp. p. 409); Sabinum p. 1874; Aristotelem et stoicos p. 1889 (Serv. p. 428, 11. Pomp. p. 83).

Alia Cledonius veteribus Vergilii interpretibus debere videtur, quod propterea moneo, quod permulta in libris grammaticorum ab hac origine repetenda esse video. Vergilii enim carmina summo studio in scholis grammaticorum tractata eademque uberrimis et doctissimis commentariis illustrata esse constat. cumque multa de usu sermonis a Vergilii interpretibus docte disputata essent, ii qui de arte scripserunt non nulla inde in suos libros transtulerunt. quo factum est ut nunc etiam in scholiis Vergilianis quae Servii nomine inscripta feruntur multa extent, quae apud artium scriptores quoque leguntur. quamquam enim dubitari nequit quin quaedam ex libris de arte scriptis postea in Vergilianos commentarios inlata sint, sunt tamen quae illos ab antiquioribus Vergilii interpretibus petivisse certis indiciis adpareat. sed ut in Cledonio et in iis quae ei cum reliquis Donati interpretibus communia non sunt subsistam, certa eius generis exempla, quae ex commentariis in Vergilium ducta esse persuadent ea quae apud Servium in Vergilii versus eos quos adscripsi leguntur, sunt haec, quae de Inuo vel Pane scripta sunt p. 1891 coll. Verg. Aen. VI 776; de Cornificio Gallo Vergilii obtrektatore p. 1898 coll. Verg. bucol. 2, 39. 5, 8; 36. georg. I 210; de nominibus civitatum et provinciarum p. 1922 coll. Verg. Aen. I 2. ex eodem fonte fluxisse videntur quae de dubiis nominum generibus scripta sunt p. 1895 sq. coll. Verg. Aen. III 94. VII 99. XII 208 de stirpe, Aen. I 703 de penu, bucol. 7, 58 de pampino, Aen. III 286. VIII 709 de clipeo, Aen. VII 568 de specu, Aen. VIII 619. XII 764 de buxo; item de verbis incertae significationis p. 1916 coll. Verg. georg. I 185 Aen. VII 273; de verbo facesso p. 1918 coll. Verg. Aen. III 295; de adverbio noctu p. 1920 coll. Verg. georg. I 287.

Ceterum praeter librum quem habemus nihil de Cledonio memoriae proditum est*), neque ex posterioribus grammaticis quisquam

*) Nihil tribuendum est coniecturae Pauli Colomesii in Lil. Gyraldi de poet. (Lilii Gyraldi opera Lugd. Bat. a. 1696 vol. II) p. 295, 'Fuit Sidonius alter, Grammaticus scilicet, cuius fragmentum de vocibus animantium in aliquot Glossis

eius mentionem fecit. temporis autem quo vixit in ipso libro certum indicium non est. sed si manu scripti libri aetatem recte definivimus, quoniam Cledonium Donato aliquanto inferiorem fuisse adparet, sequitur ut satis probabiliter in quinto saeculo aetas grammatici constituatur.

Mss Boxbornii legebatur, ipso teste ad Plantum p. 565 editionis 1645. Sed vereor ne pro Sidonius reponendum sit Celidonius, a Seriverio ad Tragicos Latinos laudatus, cuiusque sub Celidonii nomine Grammaticorum corpori quaedam inserta ab Elia Putschio iuvene erudito.

CLEDONIVS

Fluentibus verbis scribis ad me, ut ea quae in arte utraque doctissimi Donati nebulosa caligine legentis obscurant inscitiam lucido sermone ad te perferenda rescribam, quasi quidquam sit quod indaginem tui vitare possit ingenii et alterius laqueis inretiri. parce, doctissime, protervo forsan, sed grato sermoni: o fide omnibus et in omnibus fide, hoc tantum reperiri potuit, in quo fas sit tibi dici 'mentiris'. quid igitur faciam? video quam scopuloso difficilique in loco necessitudo versetur. indevotus me quoque accusante reperiar, adgrediar temeritatis flatibus, aestu procelloso iactabor. est tanti, temerarius corrigar, quam nomine conditoris afficiar, pro quo de diversis | veteribus aptos huic operi sumpsi tractatus atque his mea quoque, ut potui et quae potui, pro bacchare copulavi ablatisque limitibus campo plano dispersi, ut inoffensibili cursu fructus sibi lector colligat maturatos usu. me tuis praeceptis adgressum circumspice, luxuriosos tonde sermones, doctiloqua serie corrigentis extende curta, caudifica, ut ad tuum arbitrium cuncta videantur tractata relecta digesta. vale. |

Codex Bernensis I 1. 1.* 1 SCDO . . . RAT . . . IAMANIVS | CLEDONIUS (*litterae recenti manu obductae sunt. in altera marginis parte recenti manu adscriptum est clenodii | clenodii gra|matica, in altera recentiore etiam manu Clenodius in primam et secundam Artem Donati*) α†ω APICIBUS MELIORE METALLO | DEFIXISSET . . . LTO LECT ORE | FLUENTIBUS 4 obscuratinscitia vel — as atte 5 quiquam 7 repperiri 9 quoquae 10 repperiar 12 sumsi atque his] aquebis 14 plano *recenti manu scriptum est* 15 maturatosiusa ut videtur agressa ut videtur 16 ut] ud 17 cuncta] cuncta

3 Apicibus meliore metallo defixis stilo multo lectiore fluentibus etc. coniecit Hermannus Hagenus 4 obscurant ob inscitiam ingenium idem 12 atque his] a quibus Putschius 15 maturatos nisu Putschius

CONSTANTINOPOLITANI GRAMMATICI

DE PARTIBVS ORATIONIS

5

Probus et Varro, alter eorum in duas partes scribit et reliquas subiectas facit, alter in quattuor, prout quisque potuit sentire. nos vero convenit Donati sequi auctoritatem. igitur octo partes orationis esse dicimus. nomen dictum quasi notamen, quod res nobis notas efficiat; pronomen, quod impleat nominis vicem; verbum, quod verberet os motus linguae reductus; 10 adverbium, quod verbis adiectum sit; *participium* *; coniunctio, quod coniungat duas partes; praepositio, quae omnibus partibus praeponatur et sibi ipsi; interiectio, quae ex affectu nascitur mentis.

DE NOMINE

355, 5 Proprie: proprie, ut Roma Tiberis; communiter, ut urbs flumen. — 15

6 Nomini quot accidunt? qualitas accidit, ut sciamus | quale nomen sit, masculinum an femininum, vel proprium an appellativum; *comparatio*, quia appellativa nomina comparantur, propria numquam; genus, ut discernamus sexus; numerus, qui unum et plures demonstrat: et communis est numerus, qui et dualis dicitur apud Graecos, ut species facies res: figura, quia simplicia 20 8 nomina componi possunt; casus, quibus nomina declinantur. — Bipertita: in duas partes divisa. — Nomen est; notandum quod propria nomina 9 pluralem non habent. — Appellativum: appellativum est commune cum 11 multis. — Appellativa: appellativa comparantur, propria comparari non possunt. — Dumtaxat: tantum modo sola. — Qualitatem: in qualitate duo 25 principalia quaerenda sunt, animi et corporis, et unum extrinsecus, divitiae, | dignitas rei; in quantitate unum, quam magnus aut quam brevis. nam ideo dixit 'dumtaxat', id est sola, quia multa alia sunt nomina appellativa, quae 12 qualitatem aut quantitatem non recipiunt. — Comparativus: comparativus

Cod. Bern. 1 2—3. 1 f. 2 ars cledonii | romani senatoris | constantinopolitani | grammatici. | *recenti manu adscriptum est* ad fidum f. 2* (incipit *add. al. man.*) explanatio totius artis | (donati *add. al. man.*) collecta ex diuersis | cum ceteris | de partibus orationis | probus et uasso (*corr. recenti manu ex basso*) altere utrum (*corr. al. man.* alter eorum) in duas partes 10 reductus 11 sit coniunctio 14 DE NOMINE om. 15 propriae propriae urps 16 quot] quod 17 comparatio om. 26 principalia 28 quia] quam

6 alter orationem in coniecit Hagenus scribit] describit coniecit Wilmanns de Varr. libr. gramm. p. 212, quā Varronis de grammatica libro haec tribuit ib. p. 115. quattuor partes orationis ponit Varro de l. l. VIII 44 p. 424 Sp. et X 17 p. 551 Sp. Probi divisio unde petita sit non constat

gradus semper generis communis est. — Ablativo: tribus casibus servit, id 355, 12
 est ablativo, septimo casui, et nominativo adiecta quam particula. — Super- 13
 lativus genetivo tantum plurali: dicimus enim doctissimus ami-
 corum: et tunc hoc dicimus, quando aliquem de nostro genere aut de aliqua
 5 professione significamus. singularem autem numerum ita admittit, si positio-
 nem habeat singularem, intellectum pluralem, ut fortissimus Troiani generis.
 — Est epicoenon: inter epicoenon et commune hoc interest. commune in 17
 articulis duo genera | comprehendit; dicimus enim hic et haec sacerdos:
 epicoenon unum; dicimus enim hic passer et haec aquila. — Quibus modis 21
 10 nomina componuntur? IIII. ex duobus corruptis: ipsa nomina sim-
 plicia sunt quae ex duobus corruptis constant; quae ex corrupto et integro
 vel ex integro et corrupto vel ex duobus integris fuerint, composita sunt. 22
 — Vt efficax: pro efficiens, adfaciens. — Vt nugigerulus: pro nugas. 24

A vel o, praeter deabus mimabus mulabus asinabus equabus filiabus, quae 356, 31
 15 causa sexus anomala sunt, fuerint terminata, ut Musa Musarum Musis,
 genetivum pluralem in rum mittunt, dativum et ablativum in is.
 intellegimus etiam, quando correpta, quando producta sit e littera in ablativo
 singulari: correpta est, si eam | in genetivo plurali non reddat, ut ab hoc
 corpore corporum, muliere mulierum; si autem ex ablativo singulari
 20 se in genetivo plurali detinuerit, producta est, ut ab hac specie specierum,
 ab hac re rerum. — Si e correpta: e correptam hinc advertes, si genetivus 34
 is fuerit terminatus, ut huius parietis; si autem in ei miserit, e producta est,
 huius diei harum dierum, et siqua talia. — Si producta: ut species speci- 35
 erum. — Geminata u littera: ut cornu cornuum. — Casus nominum: 355, 25
 25 casus a cadendo dicti, quod alium casum demonstrant. [quartae declina-
 tionis] genetivus singularis si similis fuerit nominativo, et vocativum parem
 habebit, genetivum pluralem in uum mittit, dativum et ablativum in bus,
 hic fluctus huius fluctus horum fluctuum | his et ab his fluctibus. si autem
 dissimilis fuerit genetivus a nominativo, vocativum in e mittit, genetivum
 30 pluralem in rum, dativum et ablativum in is, docti horum doctorum his et
 ab his doctis. sed et varius interdum vocativum in i mittit, quia secun-
 dae declinationis, ut Salusti; antiqui in us, ut Virgilius

Cod. Bern. I 3*—5. 1 ablatibus tribus servit et ablatibo 5 singularem
 autem ita mittit si 7 est epicoenon (corr. -on) inter epicoenon (corr. -on) 9
 epicoenon corr. -on 11 sunt ex 17 intellegimus et si quando sit] sint
 20 detinuerit 21 re om. si e correpta e correpta hinc advertens 22 is] his
 23 harum] arum 24 geminata ai littera 25 dictus 26 nominativum et
 27 in bus om. 28 hic fletus corr. hic fluctus 29 vocativus genetivus pluralis
 30 dativus et ablativus in his doctis horum 31 sed] sic vocativus

13 fortasse ut efficax pro efficiens, ut nugigerulus pro nugas adferens 14 verba
 perturbata et a suo loco remota in iustum ordinem ita videntur restituenda esse, a vel o
 fuerint terminata, genetivum pluralem in rum mittunt, dativum et ablativum in is, ut
 Musa Musarum Musis, praeter deabus mimabus mulabus asinabus equabus filiabus,
 quae causa sexus anomala sunt. hinc intellegimus 32 Virgilius] Aen. VIII 77

p. 1863. 64 P.

corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum
pro fluvie. nominativum et vocativum pluralem generis masculini et femi-
nini *in i* facit, *hi* et *o* magistri, *hae* et *o* fraxini. — Casus sunt sex: est
et septimus casus ablativi similis sine praepositione, ut *velocior equus*
equo, non *ab equo*. est et octavus dativi similis, qui accusativi casus
repraesentat speciem et facit elocutionem, ut *'it clamor caelo'*, id est ad
356, 11 caelum. — Nominativi: | neutra nomina tam in singulari quam in plurali
numero tres casus similes habent, nominativum *accusativum vocativum*.
27 — Ab hoc et ab hac et ab hoc felici: ablativus singularis in omni
genere *e* et *i* communem habet propter genetivum pluralem, qui in *ium* 10
vadet. et sane sciendum in ablativo singulari participia iuxta superiorem
formam in *e* exire, nomina in *i*.

Praefectus urbis rationabilis dicitur quam praefectus urbi, quia nomen
est dignitatis, non participium. hic enim est praefectus, quem Graeci
ὑπαρχον dicunt, ut videatur praesire omnes, non ex eo quod praefectus 15
sit civitati. adde quod Cicero Verrinarum septimo, id est suppliciorum,
dicit totiens 'praefectus classis' et 'praefectus classium Cleomenes'. deinde
| de futuro praefecto quid dices? 'hic praefectus faciendus est crastino
die'. quo modo duo tempora sibi contraria confundes, praeteritum perfectum
et futurum? tribus enim temporibus participia constant. praefectus si parti- 20
pium dixeris *praeteritum perfectum*, et futurum est, et non potes, antequam
fiat, dicere factum. et erit nomen, non participium, quo iungendum est gene-
tivo casui, non dativo. nam si volueris verbi gratia mihi dicere 'nescio ur-
bem, civitatem novi dici', et quaesieris a me 'qui transit?', nimirum dicturus
tibi sum praefectus civitatis. numquid bene dico, si dixerō praefectus civi- 25
tati? similiter etiam praefectus praetorii dici debet, non praefectus praetorio,
ita ut praepositus cubiculi, non cubiculo. ille nam | dici debet praefectus
aut civitati aut praetorio, qui superpositus fuerit a praefecto vel fabricae
praetorii vel victualibus civitatis. non enim poteris dicere de faciendo prae-
fecto 'cras iste praeficiendus est civitati', sed dicis 'cras iste futurus est 30
praefectus' aut 'faciendus est praefectus'.

Proconsul a disertis bene dicitur, non ut quidam putant hic procon-
sule dici, quia nomen est dignitatis, non sub duabus partibus orationis,
sed sub una. nam si dixeris proconsule, erit monoptoton secundum Do-
natum et alios, qui dicunt ea parte declinari nomen, qua fuerit in com- 35
positione casus nominativus. absurdum igitur erit dicere 'a praetorio

Cod. Bern. 15—6*. 1 esperidum 2 pro fluviae 3 in om. i et o
magistri haec et hoc .i. et o fraxini et est 4 ablativus similis 5 quia accu-
sativus 6 eloquutionem it] iit id est] ut est 8 accusativum vocativum om.
10 habent 14 hic] hoc 17 classis] clasis 20 contrant 21 praeteritum
perfectum om. 34 monoptoton corr. -on 36 nominativi

6 it] Verg. Aen. V 451 22 quod iungendum est Putschius 23 civitatem
non novi, dic coniecit Hagenus 34 secundum Donatum] p. 377, 11

proconsule venio' vel 'carruca est proconsule': sectantes chartulariorum
 | aliquantorum || inperitiam deserunt doctissimorum veterum in arte tracta-
 tus; quippe cum inter chartularios eloquentissimos reperias quosdam vel
 paucos indoctos. melius ergo est sequi eos inter quos nullus reperiat
 5 inperitus, quam hos inter quos videantur esse vel pauci. ergo si hic pro-
 consule voluero dicere, declinabo sic, quia erit monoptoton: nominativo
 hic proconsule, genetivo huius proconsule, dativo huic proconsule, accu-
 sativo hunc proconsule, vocativo o proconsule, ablativo ab hoc procon-
 sule. quid ergo cum a me quaesierit quisquam 'qui processit?', nempe
 10 dicturus sum proconsule; 'de cuius praetorio venis?' proconsule; 'cui
 libellum obtulisti?' proconsule; 'quem vidisti procedentem?' proconsule;
 'voca illum nomine suo', | o proconsule; 'a quo causa tua examinata
 est?' a proconsule. vide quam sit absurdum per tot casus errare. quod
 si voluero recte declinare, sic declinabo simplex nomen, quo modo com-
 15 positum, quia praepositio, si illam non sequatur casus suus, perdit vim
 suam et transit in nomen. declinabo igitur simplex nomen sic, nomina-
 tivo hic consul, genetivo huius consulis, dativo huic consuli, accusativo
 hunc consulem, vocativo o consul, ablativo ab hoc consule. ad hanc for-
 mam compositum declinamus, nominativo hic proconsul, genetivo huius
 20 proconsulis, dativo huic proconsuli, accusativo hunc proconsulem, vocativo
 o proconsul, ablativo ab hoc proconsule. nomen est enim dignitatis suae,
 non actus cuiusdam rei, vel belli specialiter sibi mandati. quod si ad
 tanta | testimonia *persuadere* pertinaci non queo, sufficiat illi ad confir-
 mandam regulae qualitatem, quod simplicia nomina, in qua syllaba ter-
 25 minaverint nominativum, in eandem mittunt sua composita, ut decens
 indecens, potens inpotens, curator procurator, ita et consul proconsul.
 deinde nullum nominativum masculini generis reperies, si requiras, e li-
 tera terminatum.

Saepe quaesitum est, utrum vicarius dici || debeat etiam is cui magni-
 30 ficentissimi praefecti vices suas in speciali causa mandaverunt. nequaquam:
 nam vicarius dicitur is qui ordine codicillorum vices agit amplissimae
 praefecturae. ille vero cui vices mandantur propter absentiam praefecto-
 rum, non vicarius, sed vices agens, non praefecturae, sed praefectorum
 dicitur tantum.

35 | Praefectus vigilibus bene dicitur, quia hic participium est praefectus,
 non nomen. praepositur enim disciplinae nocturnae. et is qui eidem

Cod. Bern. I 6—8.* 3 repperias 4 repperiatur 6 qui erit monoptoton
 (corr. -on) 7 accusativo huic proconsule vocativo opproconsule 11 optulisti
 audisti 13 a ante proconsule om. 19 huius] huic 20 hunc] huic 21 ab om.
 23 testimoniam (corr. -a) suadere 26 curato procurator 27 repperies 29 bicarius
 is] his 30 mandavit 31 is] his 32 apsentiam 33 bicarius sed vices
 is agens 35 qui hic 36 nocturnae eodem is] his

6 quia erit *Putschius* 17 fortasse sic declinabo compositum nomen quo modo
 simplex 24 aequalitatem *Hagenus* 35 quia hic *Putschius*

p. 1866. 67 P.

officio deputatur, non officio potestatis ducit et nomen. quia enim ratione nomen poterit habere potestas, quae diem non habet?

Et quia praetermittendum mihi non visum est quod eventus admonuit, quodam tempore, dum ars in Capitolio die competenti tractaretur, unus e florentibus discipulis Iohannes a grammatico venia postulata intendens in alterum sciscitatus est, qua differentia dici debeat consularis. * qui nomine suo anni circulum. * |

DE PRONOMINE

- 357, 4 * met, nosmet. — Persona: quia finita pronomina personas habent. —
 Casus: sicuti in nomine, ita et in pronomine. non omnia pronomina per-
 3 sonas habent, nisi tantum finita. — Interdum recipit: ideo interdum quia
 finita sola personas recipiunt [ab hoc quod de praesenti persona tractetur].
 5 — Bipertita est: non est bipertita, sed tripertita, quia sunt finita, infinita,
 6 minus quam finita. — Ego tu ille: alii dicunt ille non esse finitum, quia
 8 de absentis persona est, et est verissimum magis esse infinitum. — Ea-
 dem fere: ideo 'fere', quia epicoenon non habet, praeter epicoenon. —
 9 Vt qualis talis: qualitatis infinitae, *talis vir*, *talis femina*, *tale mancipium*.
 10 — Qui communis numeri est generis masculini, quae similiter feminini.
 16 *dicimus* enim quae mulier et quae mulieres, qui vir et qui viri. — Ego
 pronomen finitum generis omnis | numero singulari figurae 20
 simplicis: ideo figurae simplicis, quia facit compositum egomet. —
 17 Personae primae: prima et secunda persona generis sunt omnis. —
 18 O a me [ablativo]: in singulari numero prima persona vocativum non
 habet, quia ipse se nemo potest vocare; pluralem habet. genetivus duplex
 est, sed *mis* omnino in usu non est. et [hic] in plurali genetivus duplex 25
 21 est [septimus est generis]. — Tunc pronomen ille finitum est, quando
 de praesente dicitur; tunc infinitum, quando de absente. — Finita, ut
 ego tu ille; minus quam finita, ut ipse iste; articularia, ut hic et haec
 et hoc; subiunctiva vel relativa, ut is; infinita, ut quis quae quod; pos-
 sessiva, ut meus tuus noster vester. — In neutris pronominibus sicut in 30
 nominibus tam in singulari quam in plurali numero tres casus similes
 sunt, | nominativus accusativus et vocativus. — Minus quam finita duo
 26 sunt, ipse et iste. — Ipsius naturaliter sic accipit accentum: longa est
 25 enim i, sicut et illius. — Minus quam finita: quae nec finita sunt
 nec infinita. finita pronomina praesentes personas faciunt, minus quam 35

Cod. Bern. 1 8—II 3.* 1 depotantur non officia potestatis ducit examen
 2 post habet duorum versuum spatium relictum est 6 debeat | consularis $\frac{1}{2}$ | (sequitur
 spatium duorum versuum) qui nomine suo anni circulum | (una scheda, quae fuerat
 prima secundi quaternionis, perit) met nosmet 14 non esse finita 17 talis vir
 o . 18 dicimus om. 21 composita 25 mis om. 30 in neutris — iste bis
 scripta sunt 34 i] hic

25 sed mis Hagenus

26 sed omnis est generis idem

finita absentes. hoc pronomen in ipsum mittit, non in ipsud, quo modo illud et istud. nam sic Vergilius dixit, 'adque ipsum', non per d'. — Item articulare: articulare ideo dicitur, quia articuli huius pronominis 357, 35 nominibus coniunguntur. nam inter articulos et pronomina hoc interest: 5 pronomina sola declinantur, articuli iuncti | nominibus, ut hic magister et haec Musa: potest etiam, si nomini non iungitur, aliquem demonstrare, ut si dicas 'hic est'. — Hic: hoc pronomen dum correptum fuerit, pronomen est, dum productum, adverbium est. ideo articulare praepositivum dicitur, quia praepositur nomini. dum dico hic magister, praepositus est 10 articulus nomini. — Vel demonstrativum: demonstrativum ideo, quia videmur demonstrare, dum dicimus 'hic est', ut Vergilius 'hic est, tibi quem promitti saepius audis'. — || Huius: sane notandum genetivi 36 vum communem esse tam masculino quam feminino vel neutro. dicimus enim huius viri et huius mulieris et huius scamni. — Subiunctivum: 358, 3 15 subiunctivum dictum est aut relativum, quod subiungitur aut refertur. nam ista pronomina articularibus | praepositivis subiecta sunt. nam cum verbo tenus interrogamus 'hic est magister?', respondes is. nam si hic dixeris, vitiosum est. — Eius: notandum quod genetivus omnibus tribus generibus communis est. — A quo vel a qui: ablativus singularis duplex est, cuius 8 20 talis est regula, qua et ablativum pluralem duplicem a quis vel a quibus, sicut a docto doctis; ab eo quod est a qui facit a quibus, sicut a nobili nobilibus. — Quis: nominativus duplex est iste singularis. dicimus enim et 'quis' et 'qui est'. sed qui communis numeri est, quis communis non est. quae communis numeri est, ut quae mulier et quae mulieres. — 13 25 Item possessiva: possessiva dicta, quia possident nomen; finita dicta, quia personativa sunt. horum pronominum quattuor latera sunt: aut utraque | pluralia, ut nostri; aut utraque singularia, ut meus; aut intrinsecus plurale et extrinsecus singulare, ut vester; aut intrinsecus singulare et extrinsecus plurale, ut mei. [aut ex utraque parte possessiva, ad aliquid 30 se habentia, plurale, ut nostri, *singulare*. ut meus codex.] — Inter nostrum et nostrorum hoc interest: nostrum de nobis ipsis, nostrorum de hominibus nostris. sic et vestrum et vestrorum.

Cod. Bern. II 3—4*. 1 non in ipsut quomodo illut et istut *corr.* ipsud — illud — istud 2 sicut per d] perdat 3 iter articulare articula ideo dicuntur quia articula huius pronominis pronominibus coniunguntur 7 dicat hic hic hoc 8 articularis praepositio, ut videtur, *corr.* -tium 10 demonstrativus ideo 12 promittis genetivum omne esse a masculino quam a feminino 15 subiungitur et refertur 17 is] his dixerit 19 communis] omnis 21 ab eo] habeo 27 aut extrinsecus (*corr.* intrinsecus) singulare aut et ext. secus plurale ut mei 29 ad aliquid se absentia 30 singulare *om.* 31 nostrum de hominibus

2 Vergilius] *Aen.* I 486 ntque ipsum corpus amici 11 Vergilius] *Aen.* VI 793 12 genetivum communem esse tam masculino quam feminino *Putschius* 19 communis est *Hagenus* fortasse cuius talis est regula, quae et ablativum pluralem duplicem facit, a quis vel a quibus. ab eo quod est a quo facit quis, sicut a docto *etc.*

DE VERBO

* verberato ore motu linguae locutio firmetur. sed dum omnes partes sic fiant, verbum maxime, quia pars est principalis, sine qua loqui non
 359, 4 possumus. — Cum tempore: quoniam verba temporibus declinantur
 et modis, quo modo nomina casibus. — Sine casu: casu caret, et ideo
 5 dixit sine casu, propter graeca verba 'est tibi loqui', 'est ambulare | in
 foro;' est verbum, ambulare verbum, et duo verba iungi non debent
 5 simul. igitur illi sic utuntur infinitis ver||bis quasi nominibus. — Neu-
 7 trum: nec agere nec pati, ut est curro. — Qualitas verborum: qualitas
 accidit, ut sciamus quale sit verbum in modis et in temporibus; coniu- 10
 gatio, ut sciamus utrum prima an secunda; genus, ut intellegamus signi-
 ficationes, utrum activae sint an passivae; numerus, sicut nominum; tem-
 pus, quo cognoscimus rem gestam; persona, per quam singula dividimus.
 9 — Coniunctivus: coniunctivus ideo dictus, quia solus sensum implere
 non potest, ut puta 'cum legero, surgam' hanc partem orationis sibi ad- 15
 iungit, surgam, quam si detrahas, plenus sensus non est. modi sex sunt.
 promissivus modus non est, sed est indicativi modi tempus futurum. infinitus
 dicitur, qui numeros tempora personas, | confusum habet totum. impersona-
 lis modus est, qui de significatione sua personas non facit, sed de prono-
 10 minibus personas sumit, ut legitur a me, a te, ab illo vel ab eo. — Quae 20
 sunt formae: quattuor, quae habent verborum ipsorum significatio-
 nem. nam haec est forma perfecta lego, quae est et significatio activa.
 — Meditativa: meditativa prima debet esse, quia ante meditatur ali-
 quid et sic inchoamus; et meditativa est a meditatione dicta, ut lecturio,
 legere volo: non actum enim, sed agendi apparatus habet. inchoativa 25
 est quae inchoat et venit a neutrali verbo, ut ardeo ardes ardesco, vel a
 se oritur, ut inanescō. et inchoativa forma nec praeteritum habet nec
 futurum. frequentativa est quae nos ostendit frequenter aliquid facere, |
 22 ut lectito, hoc est frequenter lego. — Quarta coniugatio a tertia hinc se-
 paratur, quod quarta coniugatio semper in activo ante litteram i productam 30
 habet, in passivo ante syllabam, ut audio audis, audior audiris. et du-
 plicem futurum habet; nam et in am mittit et in bo, ut audiam et au-
 dibo; et infinitum semper producit, ut audire munire.
 4 Cum tempore et persona: quare? quia ista sibi invicem sunt
 iuncta, et persona temporis et tempus personae. nam si persona sola 35

Cod. Bern. II 4—6. 2 orae corr. ore 3 maximae sine quo 6 imforo
 13 quo] quos 15 potes 18 confusum 20 quae sunt formae . . . (corr.
 manu recenti formaeque ago) quia habent 23 meditamus 27 inanescō] manescō
 29 separatum 30 ante littera 34 quare] quarte

2 verberato aere Putschius, lacuna, quam indicavi, initium tractatus de verbo perit.
 Verbum inde dictum, quod verberato ore — formetur coniecit Hagenus 20 quae
 sunt formativae: ideo quia Putschius. fortasse quot sunt formae?

fuerit, pronomen erit; si tempus solum, || participium erit. ergo tempus 359, 11
 et persona verbum faciunt. — Inchoativa: inchoativae formae haec
 debent congruere, ut oriatur a neutrali verbo, ut in sco syllabam exeat,
 ut tertiae sit coniugationis semper, ut careat tempore perfecto | et plus-
 5 quamperfecto et participio futuri temporis: calesco praesentis temporis,
 calescebam *imperfecti*, calescam futuri. — Coniugationes verborum 12
 quot sunt?: multi volunt tres coniugationes esse, multi quattuor. tamen
 singulae hanc habent regulam. prima coniugatio a productam habet in
 activo verbo et neutrali in secunda persona ante litteram, in passivo com-
 10 muni et deponenti ante syllabam, ut laudo laudas, laudor laudaris. secunda
 est quae in activo verbo et neutrali e productam habet ante novissi-
 mam litteram, passivo communi deponenti ante syllabam, ut doceo doces,
 doceor doceris. tertia est quae in activo verbo et neutrali secunda per-
 sona i correptam habet ante litteram, ut scribo scribis. quarta est quae
 15 in activo verbo et neutrali secunda persona ante litteram i productam
 habet, | in passivo ante syllabam, ut audio andis, audior audiris. et sane
 notandum quod prima secunda et quarta coniugatio productae sunt, tertia
 sola correpta. — Octavus modus quidem dicitur concessivus hoc exemplo,
 ut 'fac quasi dixeris', quod compendiosa locutio invenit. — Indicativus,
 20 qui et pronuntiativus: inter promissivum et indicativum hoc interest.
 promittimus tantum futura, indicamus omnibus temporibus. verba inper-
 sonalia currunt per modos, legitur, legebatur, lectum est, lectum erat,
 lectum fuerat, legetur; imperativo modo legatur, optativo modo utinam
 legeretur, utinam lectum esset, utinam lectum fuisset, utinam legatur.
 25 ita currit per modos declinatio totius verbi: non sunt modi. gerundi vero
 ideo modi non sunt, quia videntur quasi significationem habere participii.
 nam quando dico | legendi, genetivus videtur esse || participii futuri tem-
 poris a passivo, quamquam alia significatio, legendo dativus, legendum
 accusativus. lectum vero quasi accusativus est praeteriti temporis partici-
 30 pii. [quasi: videntur eadem esse, cum non sint.]

Formae ita debent ordinari, ut prima sit meditativa, secunda in- 359, 10
 choativa, tertia perfecta, quarta frequentativa, ideo quia necesse est prius
 ut meditemur, deinde, cum meditati fuerimus, ut inchoemus, deinde,
 cum inchoaverimus, ut perficiamus, deinde, cum effecerimus, ut frequen-
 35 temus. iste confuse illas posuit. meditativa forma non aliquid nos agere

Cod. Bern. II 6—7.* 1 fuerit] fierit 3 oriantur syllanum exeunt
 4 sint 5 praesenti temporis 6 imperfecti *om.* 7 quod sunt 8 habent]
 habet a producta 9 et neutrale ante littera 10 ante syllaua 11 e pro-
 ducta 13 tertiae quae in activa 15 secunda personam i producta 19 quasi]
 quia 20 qui est pronuntiativus 23 legetur] legeretur 26 quasi] qui iam
 28 quam alia 31 ultima 35 istae confusae aliquid

19 indicativus qui et pronuntiativus *Donatus p. 381, 18* 21 tantum futuro *Put-*
schius 26 quasi] quandam *Putschius* 34 perfecerimus *Putschius*

p. 1871. 72 P.

ostendit, sed velle agere, ut lecturio: significat enim non lego, sed legere volo. inchoativa calesco, calere incipio. inchoativa autem forma haec habere debet, ut oriatur | a neutrali verbo et exeat in sco syllabam, careat tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto, careat etiam participiis futuri temporis et tertiae semper sit coniugationis correptae. si autem minus fuerit, non erit forma inchoativa, sed perfecta, ut compesco compescis: tempus praeteritum perfectum compescui *facit*; idcirco non videtur inchoativa forma. frequentativa canto *cantas*, *cantito* cantitas; primae sunt coniugationis. — Sciendum tertiam coniugationem hinc distare a quarta, quod quarta coniugatio futurum duplicem habeat, tertia simplicem. tamen melius coniugatio, sive correpta sit sive producta, infinito modo deprehenditur, ubi etiam melius syllabarum natura cognoscitur. notandum quod prima et secunda coniugatio semper futurum | in bo mittit, tertia semper in am, quarta producta et in am et in bo. sciendum quod prima secunda et quarta coniugatio infinitum productum habent et tertia correptum. [et inperativo nutrio nutriris] tertiam correptam vel productam de passivo cognoscimus de penultima syllaba infiniti modi; colligitur et de imperativo, qui a neutro veniat: ab imperativo e correpto, scribe; ab infinito, id est perpetuo, scribi: item ab imperativo i producto, muni; ab infinito, muniri.

359, 29 — Et || infinito: tria verba in imperativo excepta sunt, dico duco facio, dic 20
duc fac, non dice, non duce, non face. quod si invenerimus, comice dictum est. modi ergo imperativi temporis praesentis secundae personae re syllaba adiecta fit modus perpetuus * | ut dicere ducere facere, excepto uno, quod modo infinito sine re syllaba terminatur, ut volo velle, non vellere, et uno defectivo, esse.

31 Quando tertia: tertia coniugatio producta aliquando in bo tantum mittit, aliquando et in am et in bo: tunc in bo tantum, quando indicativi modi prima persona e habet ante o ultimam syllabam, ut exeo facit exibo tantum; tunc et in am et in bo, quando in supra dicta persona i habet ante ultimam o, ut nutrio: facit enim et nutriam et nutribo. nam et 30
Vergilius dixit

audiam, et haec manes veniet mihi fama sub imos,
et Terentius dixit 'matris servibo commodis'. ille in am et hic in 33
bo misit, unde apparet utramque esse regulam. — Genera verborum quae et significationes: activa sunt quae se aliquid agere demon- 35
strant, passiva quae pati, neutra quae nihil horum: deponentia per catantifrasin, | hoc est per contrarietatem, sicut Parcae, quod nulli parcant; aut certe ideo dictum est deponens, quod deponat significationem activam:

Cod. Bern. II 7*—III 1. 3 in sco syllaba 4 tempore 7 compescuit (id add. al. man.) circo 8 frequentiva canto canticas (corr. -tas) primae 15 habet 17 de penesultimam syllabam 23 aiecta 24 imfinio 28 e] et 29 tunc etiam et in bo 33 commodis corr. quomodis 35 aliquid 36 nihil orum 38 deponens] depones

31 Vergilius] Aen. III 387 33 Terentius] Hec. III 5, 45

communia quae et agentis et patientis sibi vindicant significationem; et de activo passivum fit, et de passivo activum. — Osculor tunc activum significat, quando accusativum casum regit, ut osculor illum; tunc passivum, quando ablativum, ut osculor ab illo: dicimus enim osculor te et osculor a te. — Figurae verborum: figurae sic accidunt verbis, quo modo 8 nominibus, simplex et composita. — Tempora verborum quot sunt? 9 tria tempora sunt, in declinatione quinque, quia praeteriti tres sunt distantiae, imperfecti perfecti plusquamperfecti. praesens est quod facere videmur, praeteritum imperfectum est quod facere videbamur et imperfectum dimisimus, praeteritum perfectum est quod factum nunc complevimus, praeteritum plusquamperfectum est quod olim res perfecta est, futurum est quod facere nos quandoque demonstramus.

Coniugationis tertiae correptae: tertia coniugatio semper corripitur. — Futuro legam leges: secunda persona futuri indicativo 23 singulari numero e producta pronuntianda est, ne secunda persona praesentis temporis intellegatur. — Imperativus modus praesenti tempore secundam et tertiam personam habet, quia ipse sibi nemo imperat. — Eodem modo tempore futuro: modus imperativus temporis futuri 26 numeri pluralis tertiae personae ita fit, si sublata o indicativi modi primae personae addes unto, ut amo amunto, doceo | doceunto, lego legunto, audio audiunto. — Futuro legito: in hoc futuro nec in singulari nec in plurali prima persona est. — Coniunctivo modo: temporis praesentis coniunctivus modus futuro optativi similis est. — Infiniti modi 361, 4 numeris et personis: infinitus ideo dictus, quod in numeris et in temporibus et in personis aequalis est. dicimus enim a numero legere debet et legere debent, a tempore legere habent et legere habuerunt, a persona legere habeo, legere habes, legere habet. hic similiter tria tempora habet, quamvis in praesenti omnia complectatur, ut est legere modo, legere antea, legere postea. — Verbo impersonali: impersonale verbum 6 est quod personis caret suis et a pronomine accipit | personas et sic declinatur: dicimus enim legitur a me a te ab illo. — Gerundi: ideo 9 dicitur gerundi, quod nos aliquid gerere significat, ut puta legendi causa veni, legendo mihi contigit valetudo, legendum mihi erit, lectum venio, nimio lectu fatigatus sum, ut Vergilius

nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.
sed magis [melius est] participia sunt, quam gerundi verba: bonus est

Cod. Bern. III 1*—3. 1 communia quae est agentis 2 passivum] passivam
nam 4 osculor pro ab illo osculor te] osculo te 6 quod sunt 7 in] cum
10 complevimus praeteritum praeteritum plusquamperfectum 12 quo facere demonstramus
tertia coniugatio coniugationis tertiae correptae semper 20 personae
et ades 19 si om. 23 futuri optativi 25 a numero lege legere 26 ad (corr. al.
man. a) tempore 29 verum corr. al. man. verbum 34 fatigatus] factus 36 sint

p. 1873-75 P.

361, 9 visu, ille suavis est auditu. — Participialia verba sunt: quia similia
 10 sunt gerundi verba participiis futuri temporis a passivo. — Participia
 trahuntur a verbo activo: participia regulam significationis suae ser-
 18 vant et ipsa actum demonstrant. — Et ulteriore: || quia dua tempora
 habent ulterius tempus, lectus fui ante horam, | etiam ante duas horas, 5
 22 ostendit retrorsum tempus, lectum tibi erat, lectum tibi fuerat. — Le-
 geris vel legere: sic abutere; quamvis sit tertiae correptae coniugatio-
 nis, tamen e producenda est, quia elocutionem implet. sciendum sane
 quod regulas super futuro indicativi tam in passivo quam in communi vel
 deponenti, tam in prima producta quam in secunda producta quam in
 tertia correpta quam in quarta producta similiter ponendum, ut prober
 proberis vel probere probetur, docear doceris vel docere docetur, audia-
 23 mur audiamini audiantur. — Ad secundam et tertiam personam:
 quoniam primam non habet, siquidem sibi nemo potest imperare. —
 25 Futuro legitor: * probator probaminor | probuntur; sic a secunda do- 15
 cetor docetor doceminor doceuntur; sic a quarta coniugatione producta
 auditor auditor audiminor audiuntur. iam per omnia verba haec regula
 27 sequitur. — Optativo modo: optativus est proprie *praesentis temporis*,
 quod praesenti tempore optamus; ita Donatus: nam Probus et Sabinus
 sic volunt declinari optativum per singula tempora, quo modo coniuncti- 20
 vum, ut Vergilius 'fecissentque utinam'. notandum ne quo tempore
 utinam nec in singulari nec in plurali prima persona ponendum sit. — Vi-
 terius dicitur quod post praesens est, quia praeteritum esse cognoscitur. —
 362, 10 Ipse est modus coniunctivus, quod est tempus futuri optativi. — Futu-
 rum lectum iri: futurus ab activo in e, a passivo in i [futurus infiniti 25
 ab activo | in e, a passivo in i]. — Participia trahuntur a verbo
 passivo duo: participia significationis suae intellectum secuntur.

DE ADVERBIO

Adverbium dictum est ideo, quod coniunctum verbo vim eius expla-
 net et impleat. nam cum dico lego, nec dicitur quem ad modum legam, 30
 sed adiecto adverbio exprimitur, ut puta verbi gratia bene lego an male
 17 lego. — Significatio: significatio est quae probat a se adverbia || de-
 scendere, et significari cuius sint. — Comparatio: sic comparantur ad-

Cod. Bern. III 3-4*. 2 participii futuri 3 trahuntur 4 ipsam corr. ipsa
 5 antoram corr. al. man. ante horam duas oras 6 legetur uelle legere sic
 habutere 8 e] et 9 futuri 15 prouator prouaminor promuntur 16 dociminor
 17 audiuntur 18 propriae quod 19 sauinus corr. sabinus 22 ponenda
 27 significationes 29 explanat 30 discitur corr. dicitur 31 abiecto aberbio

12 docear docearis vel doceare doceatur *Putschius. sed ne sic quidem corrupta*
verba satis emendata esse adparet, quamquam coniunctivum praesentis pro indicativo
futuri ipse grammaticus posuisse videtur 15 lacinam indicavi, qua regula imperativi
futuri excidit 19 Probus] cf. praef. vol. III p. XXII 21 Vergilius] *Aen.* II 110
 33 et significati cuius *Putschius. fortasse et cuius sint significationis*

verbia, sicut et nomina. sic etiam componuntur. similiter et in figuris et in comparatione deficiunt. adverbia ipsa quae extra exempla lectionis istius reperiuntur sensu colligenda sunt, ut deprehendantur, | cuius significationis sint. — Vt multum parum: adverbia ista, multum et parum, 362, 27 non iunguntur nisi genetivo tantum singulari, ut multum olei et parum aceti. — Forsitan et fortasse unum est. — Vt heu: heu quaerendum 29 est quando adverbium sit respondendi, quando interiectio. si verbum sequitur, adverbium, si alteram partem orationis, interiectio est. — Hercle 30 medius fidius: edepol et mediusfidius singulae partes orationis sunt, 10 etsi habeant intellectum duarum. — Vt doctissime: si nomini iungitur, 361, 3 nomen est generis neutri doctius, ut doctius mancipium; si verbo iungitur, adverbium est comparativi gradus, ut doctius dixit. — Magis: tam et magis, istae duae particulae a positivo non recedunt: qui voluerit istas comparativo et superlativo iungere vitium non vitabit. — Et quam magis 5 15 figurae: | his rebus componuntur adverbia, quibus et nomina. — Ad 7 locum adverbia haec sunt, huc illuc illo istoc; in loco ista sunt, hic illic ubi ibi istic; de loco ista sunt, hinc illinc inde istinc alibi et illum; per locum, istac illac illa; de loco 'unde venisti?'; per locum 'qua transimus?'. ad locum etiam illa adverbia iunguntur, intro et foras, ut vade 20 intro, exi foras; in loco etiam ista, intus et foris, 'ubi fuisti?' intus vel foris. de loco etiam similiter, 'unde existi?' intus, 'unde venisti?' foris. — Ideo deintus et deforis non dicimus, quia praepositio adverbis locali- 10 bus minime sociatur. sic dicimus et Roma exeo et Romae sum et Romam vado, quia praepositio civitatibus non iungitur, sed provinciis. sic et domo 25 exeo, domi sum, domum vado. tunc iungimus praepositionem, | quando pronomen iunctum fuerit, ut de domo mea venio vel de tua, ut ad domum meam vado aut ad domum tuam. sic et rus vado, rure venio, || ruri sum: si addo pronomen, iungo praepositionem, ut de rure meo venio vel ad rus meum vado.

30 Adverbia quae comparari possunt in positivo gradu aut in e aut in ter exire possunt, ut docte admirabiliter; comparativus vero gradus in adverbis semper in ius exit, ut doctius admirabilius; superlativus vero in e semper exit, ut doctissime admirabilissime. adverbia tunc in ter exeunt,

Cod. Bern. III 4—6. 1 simpliciter *corr. al. man.* similiter 3 repperiuntur
4 sint om. multum i rarum multum et rarum non iungitur 6 forsitan et
heu *al. man.*
forsitan (*corr. al. man.* forsan) et fortasse ut heum; heu; querendum 8 etcle
9 edepol et 10 habeat intellectum intellectum duarum 12 doctior tam et
tamen 15 rebus] verbis 16 haec] hic 17 de loca stic stinc 18 istac]
esthac 19 uade de intro 22 praepositio (*corr. -tio*) adverbis vocalibus 24
praepositio ne civitatibus domo] modo *corr. al. man.* domo 26 uel de tua bis
scriptum est 28 addomo pronomen praepositione 30 in positivo gradu] cum
positivo singulari 32 semper .i. us
in *al. man.*

28 si addo modo pronomen *Putschius*

p. 1876. 77 P.

quando dativus casus singularis i littera terminatur, ut *agili* agiler; tunc in e exeunt, quando dativus casus singularis o littera terminatur, ut docto docte. — Nomina civitatum aliquotiens pro significatione adverbiorum ponuntur, et cum ad locum | significant, accusativi speciem tenent, ut puta Romam pergo; cum de loco, ablativi, ut puta Roma venio; cum in loco, 5 aliquando genetivi, aliquando dativi, tunc genetivi, quando nominativus vel um vel us fuerit terminatus, ut puta Ilium Antandrum Adrumetus; adverbium in loco facit Ilii *Antandri* Adrumeti. cum autem nominativus aliis regulis fuerit terminatus, secundum dativum facit adverbium, ut puta Carthago Tibur: adverbium loci in loco erit 'Carthagini sum', 'Tiburi sum'. 10 ab his regulis pauca auctoritate usurpata sunt, ut 'Narbone fui' pro Narboni; ablativum posuit pro dativo: Sallustius 'Narbone per concilium Gallorum', Cicero in Philippicis 'cum tu Narbone mensas hospitum convomeres'. — Contra | hanc regulam inveniuntur rare auctoritates usurpatae, ut durus duriter, inhumanus inhumaniter. item sunt 15 alia, quae o litteram in er convertunt, ut violento violenter. item ex hac forma sunt nomina, quae o litteram in i convertunt, et tus syllabam accipiunt, ut divino divinitus, caelo caelitus. sunt alia, quae [genera], dum dativum in o non mittant, variata adverbia in tus mittant, et hoc paene ab omnibus generibus decurrit. nam radix facit radicitus et dativum 20 mittit in i. alia quae originem non habent, ut penitus. nam medullitus a feminino genere adverbium facit, quod est primae declinationis. ergo regula horum nominum qui exeunt in adverbia in us vadunt. pauca quae auctoritas adprobat, ut medulla medullitus, | et a secunda similiter, ut caelum caelitus, et a tertia similiter, ut radix radicitus. a quarta et 25 quinta declinatione nusquam lectum est quod adverbia in us mittunt.

DE PARTICIPIO

Participium dictum, quod partem sibi verbi, partem sibi nominis tollat. nam a nomine tollit casus et genera, a verbo significationes et tempora, ab utrisque partibus numerum et figuram. similiter nomen et 30 participium haec res discernit: quod si genetivo servit, nomen est; si accusativo, participium. 'prudens est illius rei', 'prudens est ad illam rem',

Cod. Bern. III 6—7*. 1 *agili om.* in e exit 5 ablativus 6 genetivus
genetibo 7 illium (*corr.* ilium) atandrum 8 adverbio illi adrumenti *corr.*
-eti 10 carthagini 11 pro narboni 13 philippicis 14 convomeres 15 ut-
surpatae ut 16 quae o in er litteram convertunt (*corr.* al. man. convertunt) 17
syllaba 18 genera *corr.* al. man. genera 19 paene tene 25 radicitus quarta
29 casus] cui 30 munerum 31 discernit *corr.* discernit

12 Sallustii verba ad secundum librum historiarum retulit Kritzius Sall. hist. fragm.
p. 130 13 in Philippicis] II 30, 75 19 paene Putschius 22 sententia verbo-
rum in hunc fere modum restitui possit, ergo regula horum nominum, quae in a exeunt,
adverbia in tus facit. pauca quae in tus vadunt auctoritas adprobat 25 a quarta
Putschius 32 fortasse providens est illius rei providens est illam rem

hic tempus designat. — Tribus generibus, ut hic et haec et hoc 363, 18
 legens: participia omnia temporis praesentis, quae veniunt ab activis et
 neutralibus verbis | vel a deponentibus vel a communibus, semper generis
 sunt omnis. participia semper totius generis ablativum singularem in e
 5 litteram mittunt. participia in se invicem ita recurrunt: si participio prae-
 sentis temporis tollas s litteram et addas dus, facis futurum tempus a
 passivo, ut amandus. item si participio praeteriti temporis ab activo tollas
 s et addas rus, facies participium futuri temporis ab activo, ut amaturus.
 neutri regulam ab activi intellegis, quia ipsam sequitur. deponens ver-
 10 bum passivi regulam sequitur. — Tempora participiorum: partici- 22
 pium praesens in ns litteras semper terminatur ab omni verbo ab omni
 coniugatione, ut amans docens legens. praeteritum participium us sem-
 per terminatur et est generis masculini, ut doctus amatus lectus. futurum
 participium | duabus regulis terminatur, ut [legens lecturus: praeterito tus,
 15 ut lectus] legendus lecturus. — A communi: ideo quia activi duo par- 28
 ticipia tenet et duo passivi, propterea commune verbum quattuor partici-
 pia recipit [quia activi passivique significationem demonstrat, propterea
 eorum bina participia]. — Numeri participiorum quot sunt?: com- 30
 munis numerus in participiis numquam deprehenditur. — Figurae par- 31
 20 ticipiorum quot sunt? duae: quo ordine || participia componuntur?
 quo et nomina. — Da declinationem participii praesentis tem- 32
 poris: participia quae veniunt ab activo vel neutrali verbo semper generis
 sunt omnis. — A verbo activo temporis praesentis: participia 33
 ista praesentis temporis semper tertiae sunt declinationis. et haec et alia
 25 similia iuxta istam declinationem inflectemus. | — Ab hoc et ab hac 364, 2
 et ab hoc legente: semper participia praesentis temporis ablativum
 singularem in e litteram mittunt, licet genetivum pluralem in ium mit-
 tunt. — A verbo activo temporis futuri: participia ista futuri tem- 7
 poris ab activo masculinum et neutrum secundae declinationis habent,
 30 femininum primae. haec et alia similia iuxta hanc declinationem inflectenda
 sunt. — A verbo passivo temporis praeteriti: participia ista prae- 15
 teriti temporis a passivo has declinationes habent, quas futuri ab activo.
 — Participia venientia a verbo passivo similes declinationes habent.
 haec praeteriti temporis secundae declinationis sunt in masculino et neu-
 35 tro, in feminino primae.

Cod. Bern. III 7* — IV 1. 5 praesenti temporis 6 s littera 9 qui ipsam
 11 in ns littera 12 us] os 14 tus] dus 18 quod sunt 19 deprehenditus
 20 quod sunt comparantur 23 tempori praesentis 31 a verbo (corr. al.
 man. verbo) temporis praesentis participia 34 in masculinum et neutrum femininum

9 ab activo *Putschius*. scribendum videtur aut ab activi regula, quia ipsam sequi-
 tur aut ab activo, quod ipsum sequitur 14 de duabus regulis participii futuri uberius
 expositum fuisse videtur a grammatico. deinde quae uncis inclusi ad Don. 363, 25
 pertinent

DE CONIUNCTIONE

Coniunctio est pars orationis, dicta quod iungat elocutionem. nam si dico 'ego tu faciamus', non utique sermo completus est; addito et 364, 34 implebitur elocutio, ut 'ego et tu faciamus'. | — Coniunctioni quot accidunt?: tria, potestas figura ordo. potestas, ut sciamus, quae con- 5 iunctio sit; figura, quia sic componuntur coniunctiones, quo modo pronomina; ordo, ut sciamus, quando aut praeponamus aut subiungamus. — 35 Quinque. quas? copulativas disiunctivas: hic quaestio est, si coniunctiones a coniungendo dictae sunt, cur disiunctiva coniunctio est. quia copulativa verba et sensus iungit, disiunctiva verba quidem iungit, sed 10 sensus disiungit. 'ego et tu': ecce coniunxit personas. disiunctivas: 'ego aut tu', separavit. expletivas: 'non legis, saltem vapulabis'. rationales: 'lege cum pronuntiatione; nam vapulabis': ecce et causam. — Quas? copulativas: copulativae dictae sunt ab eo, quod verba copulent et sensus, hoc est coniungant, sicut supra diximus, | 'ego et tu 15 faciamus. disiunctivae dictae sunt, quod sensus quidem disiungant, verba autem copulent, ut 'ego aut tu faciamus'. expletiva est ab eo, quod expleat id quod in sensu minus fuerit, ut puta

saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
ante fugam suboles.

36 Causales ac rationales: inter causales et rationales hoc interest, quod causales non possunt poni pro rationalibus, rationales possunt pro causalibus. nam in causa non est ratio semper; necesse est ut sit in ratione et causa [in causa non semper est ratio, in ratione semper est causa]. videlicet, itaque, etsi, quoque, itemque, quatinus, quando, quapropter, si 25 enim, namque, quoniam, quamobrem, quamvis, enimvero, si quidem, porro, autem, sive, quin etiam, etenim, nisi. |

DE PRAEPOSITIONE

365, 10 Praepositio dicta est ab eo, quod praeponatur omnibus partibus orationis: dicimus enim autem homines, non homines ante. nam haec vis est 30 praepositionis: praeposita praepositionis obtinet locum, postposita in significationem transit adverbii. inde est 'et longo post tempore venit'; 'gemina super arbore sidunt'; 'saeva sedens super arma', id

Cod. Bern. IV 1—2.* 3 non utrique addito] adduo *corr. al. man.* adde
et 4 quod accidunt 7 quando ad proponamus 9 cur] eun *corr. al. man.*
cum 16 disiungantur (*corr. -ant*) verba quidem copulant 17 hab eo 18 id]
it 19 salte *corr. -tae* 20 ante fuga 21 ac] o *corr. al. man.* ac 23 sit et
ratio et 25 quoque] quoquo 29 preponantur 30 haec vis] habet vis *corr. al.*
man. hae cuius 31 praeposita] praepositae optinet posposita

6 fort. quo modo et nomina 19 saltem] *Verg. Aen. III 327* 32 et longo]
Verg. bucol. 1, 30 33 gemina] *Verg. Aen. VI 203* saeva] *Verg. Aen. 1 295*

p. 1879. 80 P.

est supra arma. ecce postposita vim quam tenuit modo *

cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus.

Aliis partibus orationis significationem complet: praeclarus, 365, 10 quia cum dico clarus, elocutionem non complevi; addo prae et compleo
 5 elocutionem. mutat, ut infelix: nihil tam contrarium felici *quam* infelix [quia felix aliud significat ad compositum, ut infelix, aliud minuit, detraxit illi. — Earum aut complet: ita impotens multum inpotens, minus | 11 potens, mutat]. minuit autem, ut infractus. — Etenim ad patrem: 16 plane pro libitu nostro et accusativo singulari et plurali, ut, si poscit
 10 ratio, [ut] dicam et ad patres et apud villas et cetera. — Apud villam: ad et apud dum unius casus praepositiones sunt, ad itineralis est, apud localis, licet hoc poetae contemserint, ut Vergilius 'ad quem tum Iuno supplex', pro apud quem; et 'hi multum fleti ad superos', pro 22 apud. — Ista || omnes praepositiones tam ablativo singulari quam plurali
 15 iunguntur. — Dicimus enim a domo: a domo non dicimus, nisi pro- 23 nomen addamus, a domo mea vel a domo tua, quoniam praepositio ad- verbiis sine aliqua parte orationis numquam sociatur. — Clam custo- 24 dibus: clam praepositio utriusque casus est, ideo pro voluntate dicentis vel accusativo iungetur vel ablativo. dicimus enim 'et clam amicum est'
 20 et 'clam amico'. | — Sub super: utriusque casus praepositiones ideo 27 dictae sunt, quod communes sint accusativo et ablativo. sed in duabus his praepositionibus, in et sub, quae similem regulam habent, distantia haec est, quando accusativo serviant, quando ablativo. quotienscumque itinerales fuerint, hoc est cum de altero loco ad alterum transit, ut 'imus
 25 ad forum', 'descendimus in vallem', accusativo iungendae sunt, tribus temporibus comprehensis, et ire et isse et ituros esse. cum vero locales fuerint, hoc est cum in ipso loco aliquid esse dicitur, ut 'in campo stetimus', 'in foro clamavimus', hae ablativo iungendae sunt, sed ita ut tria tempora comprehendant, in loco esse, fuisse, futuros esse: sed regulariter
 30 scire debemus quod interrogatio praepositiones facit esse perspicuas. nam si convenit | quo dicere, respondendum est per itineralem praepositionem, ut 'amicus quo processit?' 'in publicum'; si interrogo ubi, responden- dum in loco, 'ubi equitat amicus?' 'in campo'. [super] super vero a

Cod. Bern. IV 2*—4. 4 eloquutionem non composuit 5 contrarium felici in- felicem 6 aliut aliut 7 aut] autem 10 ad nullas aput uillam ad et aput dum anius causas praepositionis (corr. -es) sint ad iteralis est aput 12 contemserint Vergilius] uero illius 13 suplex aput 14 aput 18 uoluptate 20 utrius casus 24 ad alterum] adulterum 26 comprahensis localis fuerit 27 ut] est corr. al. man. ut est 28 hae] haec 29 comprahendat 31 comuenit corr. al. man. conuenit

1 postpositae Putschius, excidisse quaedam videntur, quibus accuratius de collo- catione praepositionum dictum erat 2 cum] Verg. Aen. I 36 12 ad quem] Verg. Aen. I 64 13 hi] Verg. Aen. V 481

p. 1880. 81 P.

contrario quando itineralis fuerit accusativo servit, quando localis ablativo, ut 'est codex super armarium', non 'super armario', quia, ut dixi, itineralis accusativo iungitur; si vero de significat ablativo servit, quia localis est, ut 'multa super Priamo rogicans', hoc est de Priamo. — Suptus numquam dicimus, nisi aut sub aut super. — Accusativo serviunt, 5 quando itinerales sunt, ablativo quando locales, sicut sub et supter. — 366, 7 Sunt quae adiectionibus: istae praepositiones loquellares dicuntur: ideo ab adiectionibus sequentibus non separantur, quia loquellares sunt, non casuales: | loquellis tantum serviunt, casibus || servire non possunt, nec separatae proferri, nisi iunctae verbis nominibus participiis vel ad- 10 verbiis.

DE INTERIECTIONE

13 Interiectio quid est? pars orationis: interiectio dicta, quod interponitur ad exprimendos tantum animi affectus. nam cum dico 'heu amicus meus mortuus est', significo ex affectu mentis causam dolendi: 15 ergo quidquid affectum exprimit, interiectio est. nam sunt interiectiones similes praepositionibus, quae hinc intelleguntur, quod praepositiones non 14 sint, per affectum aut gaudentis aut dolentis aut admirantis — Interiectioni quae accidunt?: quia sunt interdum confusae interiectiones. — 15 Aut dolorem, ut heu, aut admirationem, ut papae: heu quando 20 interiectio est dolentis, quando adverbium respondendi, | hinc intellegimus: producta interiectio est, correpta adverbium respondendi. — Et si qua sunt similia: quae ex affectu mentis colligenda sunt, id est quod sonum suum vocalibus misceant, ut he ohe vae.

DE LITTERA

25

367, 9 Littera quid est? pars minima vocis articulatae. littera dicta quasi legitima, eo quod legentibus iter praebeat. littera in duas species dividitur, aut in vocales aut in consonantes. vocales sunt istae quinque, a e i o u, sine quibus loqui non possumus; reliquae decem et octo consonantes dicuntur, eo quod cum vocalibus consonant. — Articulae: quia duo 30 genera sunt vorum, confusa pecorum, quae scribi non potest, articulata hominum, quae legi et scribi potest. litterae ipsae, si ad elementa referamus, neutri generis sunt, sicut Tullius dixit, ut hoc m, hoc l; si ad ipsas litteras, feminini. Romanas litteras primo Carmentis nympha, mater

Cod. Bern. IV 4*—6. 3 localis] bocalis corr. al. man. uocalis 6 quando uocales 14 heu om. 20 pape 24 ut he oe ue 27 legitima (corr. al. man. legitima ad) quod 30 articulae quiduo 31 pectorum 34 nimfa

1 quando itineralis fuerit, ablativo servit, quando localis accusativo et deinde quia ut dixi localis accusativo Putschius 4 multa] Verg. Aen. I 750 7 adiectionibus] dictionibus Donatus 27 legitima ideo quod Putschius 33 Tullius] Ciceronis testimonio in eadem re usus est Pompeius p. 34 ed. Lind.

Euandri, invenit, ut alii dicunt, Mercurius. — Consonantium duae species 367, 10 sunt, quia ex ipsis semivocales fiunt et mutae: semivocales, quia semis sonum vocis implent; mutae vero non sonant, nisi a vocali spiritum acceperint. — Harum duae, i et u, transeunt in consonantium 12
 5 potestatem: || quando pro consonantibus ponuntur et iuvant vocalem.
 — Hae etiam mediae dicuntur, quia quibusdam dictionibus 14 expressum sonum non habent: mediae, quia vel ipsae pro se invicem ponuntur, vel quia expressum sonum non habent in aliquibus dictionibus, ut maxime pro maxime. [— Mediae dicuntur: mediae ideo
 10 dicuntur, quia et vocales sunt et consonantes et in quibusdam nominibus | non certum expriment sonum, i, ut vir, modo i opprimitur; u, ut optumus, modo u perdit sonum. — I et u: de his duabus vocalibus haec 12 ratio est: i et ipsa vocalis est et post vocalem etiam posita * cum alia consonante ponitur, non pro duabus, sicut i.] — Interdum nec voca- 16
 15 lis nec consonans habetur: sic quoniam cum scribimus q, non potest nisi u sequi, ac per hoc modo vocalis perdidit in metro vim suam. — Et aliquam vocalem constituitur, ut quoniam quidem: quoniam 17 aut qu sonat aut o, *quidem* aut qu aut i. — [u scilicet] Huic item 18 digammon adscribi solet: alii sic volunt esse digammon, in geminata
 20 u gammae duae graecae litterae ponuntur hoc modo, ut non intellegantur separatae sed iunctae, ne uulgus dicamus: | hoc ab Aeolicis processit.
 — Nam i litteram geminari in una syllaba posse plurimi ne- 19 gant: nullum enim nomen inveniri potest, quod in una syllaba duas i habeat. — Latinae vocales: quia dichronae sunt; breves quae fuerint 20
 25 singula tempora habent, longae bina. — Atque his solis adspirari 21 quidam existimant: adspirationis notam accipere, id est h, ut post adspirationem statim vocalis sequatur. — Quae per se quidem proferuntur: falsum est. profertur autem sonus a vocalibus et finitur in naturalem, id est in proprium sonum. — Ex his una duplex est: 368, 1
 30 ideo duplex dicitur, quia post vocalem posita pro duabus consonantibus valet et positione eam longam facit. x in graecis simplex est littera, Xerxes Xanthus. — Liquidae ideo dictae, quia liquescunt in metro | aliquotiens et pereunt. nam [quotiens et pereunt] quotiens cum muta iunctae fuerint, post * vocalem longam faciunt et urbem, ut Atrida, a commu-

Cod. Bern. IV 6—7.* 5 potestatem quia quibusdam dictionibus expressum sonum non habent quando pro consonantibus ponuntur et iuvant vocalem hae etiam mediae dicuntur mediae quia vel 8 qui expressum 11 opprimitur a ut 14 consonanti 15 habetur hic quoniam cum scribimus quae non potest nisi ut sequi 18 aut que sonat aut o aut que aut i 20 graeci 21 hoc habeolicis 24 dierone 25 longue adque 26 adspirationis post] pro 27 sequutus 28 in naturali 31 positionem eam 32 xerxes 33 cum multa *corr.* cum muta

13 lacunam qua u litterae definitio excidit indicavi 33 nam toties pereunt *Pulschius.* de liquidis hoc videtur praecepisse grammaticus, postpositas multis vocalem longam facere, ut urbem, antepositas communem syllabam facere, ut Atrida, quare lacunam indicavi.

p. 1882. 83 P.

368, 2 nem syllabam facit. — S littera cuiusdam suae potestatis: quia
superflua invenitur interdum et ipsa liquescit in metro, || quia sibilus
4 magis est quam consonans. — Ex illis f littera: hanc habet potestatem,
quotienscumque anteposita fuerit liquidae, sic et eam communem syllabam
7 facit, ut Africa: a communis syllaba est. — K et q: apud veteres haec 5
erat orthographia, ut, quotiens a sequeretur, k esset praeposita, | ut
kaput Kalendae; quotiens u, q. sed usus noster mutavit praeceptum, et
9 earum vicem c littera implet. — Scribendum. h: quotiens iuvat voca-
lem, consonans est; quotiens non iuvat, nota adspirationis est. [x: ita
1 dicitur, quia genetivus in is mittit, pix picis, rex regis. — Liquidae 10
quattuor, l m n et r: apud Latinos solae pro metri causa liquescunt
10 l et r, pereunt; apud Graecos totae quattuor liquescunt.] — Y et z: z
apud nos et longa et brevis est, apud Graecos duplex, id est longa, apud
nos ita est, duplex, ut 'Mezenti ducis exuvias'; simplex, ut 'ne-
13 morosa Zacynthos'. — Vna aspirationis nota, h; duplex x; duae 15
supervacuae, k et q, quia harum locum c implet, duae graecae,
y et z. — Omnes litterae generis sunt neutri et semper indeclinabilia
14 sunt [numquam declinantur], ut ait Cicero | in Siciliensibus * accidunt,
nomen, quo vocatur; figura, qua notatur, hoc est imago ipsius, qua fin-
gitur; potestas, qua valet, ut sciamus, utrum vocalis sit an semivocalis 20
an muta.

DE SYLLABA

18 Syllaba dicta est ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν, eo quod plures litterae com-
prehensae una, a pluribus litteris dicta. cur una syllabam facit vocalis
littera? hoc solvitur per catantifrasin, hoc est per contrarietatem, quia 25
tanta vis est vocalis, ut locum syllabae impleat. — *Temporum capax*:
quia omnis syllaba tempora capit: nam longa tempora duo [syllaba] habet,
brevis unum. tres sunt species syllabarum: aut breves sunt aut longae
aut communes. longa syllaba positione octo modis fit: si vocalis desinit
in duas consonantes, ut 'ast ego'; * vocalis | desinit in unam conso- 30

Cod. Bern. IV 7*—8*. 1 suae] siue corr. sue 2 quia] qua 3 f litteram
5 communis syllaba est una duplex .x. ideo duplex dicitur quia post uocalem
posita pro duabus consonantibus ualet et positione eam longam facit (ut add. al. man.)
est .x. in graecis simplex est. littera xerses. xanthus. k et aput ueteres 6 ortho-
graphia 7 caput calendae 9 adspirationis ex ita 10 in his 12 aput graecos
y et z aput nos et longa et uerbis est aput 13 aput nos ita est mezentii
16 supervacuae c et quia arum 18 declinantes ait cicero | in sicilyensius (corr.
recenti manu -sibus) q. adalium eri | littera esset integrae et. z | acci-
dunt | nomen qua 19 quae fingitur 23 dicta ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν 24 a
pluralibus litteris 26 est] et impleant quia 27 habent praenomen unum
30 ut aseco uocalis in unam consonante

9 x ita dicitur] cf. Pompei. p. 28 ed. Lind. 14 Mezentii] Verg. Aen. XI 7
nemorosa] Verg. Aen. III 270 23 fortasse comprehensae sint. cum a pluribus
litteris dicta sit, cur 30 ut ast ego Putschius. ex octo modis syllabarum positione
longarum, quos posuit grammaticus, exciderunt duo, alter, cum vocalis excipitur duabus
consonantibus, alter cum excipitur duplici littera x, ad quem modum axis pertinet: cf.
Dion. p. 423 P. itaque lacunas indicavi

nantem et excipitur ab alia consonanti, ut arma; si vocalis in x duplicem desinit * ut axis; si correpta vocalis desinat in unam consonantem et excipitur ab i vocali vice posita consonantis, ut 'at Iuno'; si vocalis desinat in unam consonantem et excipitur ab u vocali vice posita consonantis, ut 'at Venus'; aut si in i solam quae pro duabus consonantibus ponitur, ut aio. notandum sane quod i vocalis inter duas vocales posita semper praecedentem longam facit, ut Pompeius, sed in una parte orationis tantum. — [Pro duabus consonantibus: i, ut Troia, ita 368, 21 ut una pars orationis sit; si in alia, non computatur, ut

10 constitit ante Iovem supplex per vota precatus.

Vt aio: i inter duas vocales. —] Et diphthongon faciunt: diphthongi 23 istae quinque longae sunt, exceptis his quaecumque vocales iunctae fuerint, breves sunt, ae oe au eu ei. itur sic scribitur, eitur, quia prima verbi persona eo facit, ut ait Terentianus. — * *Primus* modus hic est, 369, 3 quotiens correpta vocalis in duas desinit consonantes, ita ut una muta sit, altera liquida: est enim longa sic,

Atridas Priamumque et saevum ambobus Achillen;
brevis sic, 'nec solos tangit Atridas'. secundus sic, cum correpta vocalis desinit in duas consonantes, ita ut prior sit f semivocalis et sequens liquida: est longa sic, ut 'reflexit remis'; brevis, 'neve flagella.' tertius sic, cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h, nota aspirationis: *est longa sic*, ut 'versaue iuvenum Terga fatigamus hasta; brevis sic, 'quisquis honos tumuli'. quartus sic, quotiens correpta vocalis in duas desinit consonantes, ita ut prior s littera sit, quae quando iuvat vocalem, consonans est, quando non, sibilus est: est longa sic, 'unde spissa comam;' brevis, 'ponite spes sibi quisque'. [est] quintus sic, cum partem orationis terminat brevis syllaba, quae in unam desinit consonantem *. sextus modus sic, cum diphthongum vocalis sequitur: *est longa sic*, 'Aoniae Aganippae'; brevis, 'insulae Ionio in magno'. septimus sic, cum vocalem productam vocalis alia sequitur: *est longa sic* 'Eoasque acies'; brevis, primo surgebat Eoo'. octavus sic, cum pronomen e littera termina-

Cod. Bern. IV 8* — V 1*. 2 una consonante excipitur ab i uocale 5 ad
nennus sola 7 ut .i. pompeius 9 si in alias non computantur 10 suplex
11 diphthongo faciunt diphthongae 14 ut ad terentianus modus 19 sequens
20 niue 21 si cum 22 est longa sic om. 23 asta 26 sibilus est el. s. unde
27 si cum 28 syllabam si cum diphthongam 29 est longa om. 30 si cum
uocalem 31 est longa sic om. 32 Eoo] sic

10 constitit] *Verg. Aen.* VIII 624 14 Terentianus] v. 459 sqq. cf. *Pompei.* p. 42 ed. Lind. deinde definitio syllabarum communium, quarum octo modi subiecti sunt, excidit 17 Atridas] *Verg. Aen.* I 458 18 nec] *Verg. Aen.* VIII 138 20 neve] *Verg. georg.* II 299 22 versaue] *Verg. Aen.* VIII 609 23 quisquis] *Verg. Aen.* X 493 26 unde] *Terentian.* 1103 ponite] *Verg. Aen.* XI 309 29 Aoniae] *Verg. bucol.* 10, 12 30 insulae] *Verg. Aen.* III 211 31 Eoasque] *Verg. Aen.* I 489 32 primo] *Verg. Aen.* III 588

p. 1884. 85 P.

tur: *est longa* sic, 'hoc erat alma parens'; brevis sic, 'solus hic inflexit sensus'. item *cum* correptam vocalem sequitur *z* consonans graeca duplex: *est longa* sic, 'Mezenti ducis exuvias'; brevis, 'nemorosa Zacyntus'.

DE PEDIBVS

5

369, 17 Pedes dicuntur quibus versus incedit. — Pes est syllabarum: ordo talis est, quod || litterae syllabam faciunt, syllabae pedes. metra numerantur, syllabae computantur | et tempora et ordinant pedes: haec est certa dinumeratio. — Accidunt uni cuique pedi arsis et thesis: omnis pes in passu est; arsis elatio, thesis positio; numerus 10 syllabarum, quoniam collectae syllabae pedes faciunt; tempus, quia longa syllaba duo tempora habet, brevis unum; resolutio, quia licet pro una longa duas breves ponere, ut Vergilius 'fluviorum rex Eridanus' et 'arietat in portas' et 'genua labant' et 'abietibus iuvenes'; figura, quia simplices pedes componuntur et figurati duplices fiunt; metrum, quia mensura pedum ordinat metrum. — [Tempus resolutio: resolutio ideo inventa est, quia licet nobis pro una longa syllaba duas breves ponere, hoc exemplo, quia Vergilius anapaestum posuit, ut 'fluviorum rex Eridanus': posuit et proceleumaticum, ut 'abietibus | iuvenes' et 'arietat in portas' et 'genua labant'. 20
19 XXXV versus Vergilius tales habet. —] Hi sunt disyllabi, pyrrichius: dictus ab actu pyrrichae; hic etiam pariambus et dibrachus dicitur. — Tribrachus: hic etiam choriis dicitur. — Dactulus dictus a 24
370, 2 digito, quia ut tribus unciis digitus, sic iste tribus syllabis constat, longa 3 et duabus brevibus. — Amphibrachus dictus eo, quod unam longam 25
4 duae breves cingant[is etiam creticus dicitur]. — Amphimacerus dictus 7 a contrario, quod mediam brevem duae longae cingant. — Duplices pedes dicti qui et compositi, quoniam bini dissyllabi istos sedecim maiores 6. 10 faciunt. — Antibacchius ipse dictus est et palimbacchius. — *Diam-*
11 *bus* ex brevi longa brevi et longa. — *Ditrochaeus* ex longa brevi 30
14 longa et brevi. — *Ionicus minor*: hic etiam ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος
15 dicitur. — *Ionicus maior*: hic quoque ionicus | ἀπὸ μείζονος vocatur. —

Cod. Bern. V 1*—3. 1 est longa om. 2 cum om. 3 est longa sic om.
memorasa 6 inceditur 9 denumeratio 10 in passus 16 metra quia
18 brevis 21 pyrrichius dictus 22 pyriambus 24 ut] aut digitus] signatus
26 is] his 27 quod] quo 28 maiore faciunt 29 antibacchius dictus est
epalimnacchius ex berbi 30 ditrochaeus om. 31 ionicus minor om. apo elassono
32 maior om. apomizonos vocatur hii etiam ippii

1 hoc erat] Verg. Aen. II 664 solus] Verg. Aen. III 22 3 Mezenti] Verg.
Aen. XI 7 nemorosa] Verg. Aen. III 270 8 et tempora ordinant pedes Putschius.
fortasse ex pedibus metra numerantur. syllabae et tempora computantur et ordinant
pedes 13 fluviorum] Verg. georg. I 482 14 arietat] Verg. Aen. XI 890
genua] Verg. Aen. XII 905 abietibus] Verg. Aen. VIII 674

Epitriti: hi etiam hippii dicuntur. — *Συζυγῆαι* dicuntur latine con- 370, 21, 27
iunctiones. — Deinceps alii: quorum nomina in usu non sunt. pro-
prij pedes sunt XXVIII. — Pedes quattuor: [ratio varietatum haec est: 28
quot varietates fuerint, tot et pedes sunt, quia una syllaba duas varieta-
tes habet, aut brevis est aut longa] quia duae syllabae quattuor varietates
habent, quia aut longae sunt aut breves, aut una longa et una brevis, aut
una brevis et una longa. trisyllabi sedecim pedes per varietates similes
faciunt XXXII, tetrasyllabi sexaginta et quattuor cum || trisyllabis geminati.
— Ideo excepto amphibracho, quoniam amphibrachus caret divisione, 30
quia pes qui illum antecedit, amphimacrus, quinque tempora habet et iste
quattuor, nec duplum est nec aequum nec sescuplum * | ideo epitritus, 31
sive quia septena tempora; et paeones quina, ideoque integra divisio inter
ipsos, nec dupla sed sescupla esse potest, quia semis minus est. sescu-
plum enim est dimidium de duplo. — Enim aequa divisio est: aequa
divisio unum et unum, duo et duo; dupla unum et duo, duo et quattuor, 33
quattuor et octo; [tripla et] sescupla tria et duo aut duo et tria. quotiens
una pars alteram partem medietate partis vincit, tunc sescupla est, ut in
paeonibus. [aequa dactulica] amphibrachus nullam de tribus habet divisio-
nem, quoniam, si mediam longam ad arsin adicias, tres erunt in arsi et
20 una in thesi; si ad thesin adhibeas, unum erit [unum] tempus in arsi et
tria in thesi, quae res nec aequam nec duplam nec sescuplam significat
divisionem. similiter et epitriti quattuor — Metri pedes legitimi: [qui 35
sunt] naturales, in heroico spondius; nothi degeneres, ut si dicas nothus
de patre nobili et matre ignobili.] legitimi sunt spondei, quia primi ipsi
25 inventi sunt et ex ipsis alii facti nothi [simplices]; nothi dactuli, quia
fracta syllaba spondei factus est nothus, inde facticius [ut Vergilius
supposita de matre nothos furata creavit].

DE ACCENTIBVS

Accentus dicitur partium orationis. quid igitur accentus dicuntur? 371, 2
30 et toni dicuntur et tenores. acutus qui cursim profertur, ut arma, excusso

Cod. Bern. V 3—4. 1 dicuntur latine (*corr.* -nae) coniunctiones dicuntur
deinceps 3 haec] hoc 4 quot] quo sunt] sint 5 habent aut longa *om.*
7 tressyllabi *corr.* trisyllabi 8 XXXII] XXXU 9 amfibracho amfibrachus
amfimacrus 11 nec aecum nec sexscuplum 12 quia] qua ideoque 13
secsusecupla *corr.* sed sescupla 14 enim a qua diuisio 16 medietatem parte .is
17 amfibrachus nulla 19 ad arsis adibeas 20 in arsin et tria in thesin
21 nec duplum nec sescuplum et epitriti et quattuor 23 matri 29 ora-
tionis] oratorum quid igitur edidit *Putschius*, mihi esse videbatur quid dicitur 30
cursum arma et roma sine notis accentuum

7 fortasse tres syllabae octo, quattuor syllabae sedecim pedes per varietates similes
faciunt, sed praeterea de expositione pedum duplicium, ad quam reliqua pertinent,
quaedam excidisse necesse est 12 septena tempora habet et paeones *Putschius*, aut
ante ideo aut post tempora quaedam de definitione epitritorum excidisse videntur 26
Vergilius] *Aen.* VII 283 29 fortasse accentus dicitur quasi adcantus partium orationis

p. 1886—88 P.

enim sono dicendum est; circumflexus qui tractim, ut Rôma; gravis qui
 371, 3 pressa voce habet accentum. — Circumflexus acutus: hanc habent
 observationem, in graecis nominibus [syllabis] accentus est in ultima
 penultima et antepenultima; in latinis ultima syllaba | accentum non habet.
 sane a fine, hoc est ab ultima, computandi sunt accentus. tria habet 5
 cognomenta accentus: aut toni sunt aut tenores aut accentus, toni a sono,
 6 accentus ab acuendo, tenores ab intentione. — Non || tenebit nisi pe-
 nultimum locum: apud Latinos loca, quae circumflexus aut acutus
 7 dimiserit, gravis possidet. — Et hoc illi non est commune cum
 ceteris: quia non sibi vindicat locum, sed dimissum ab aliis possidet. — 10
 8 Ergo monosyllaba: in omnibus monosyllabis nominibus, sive quae
 breves fuerint natura, sive quae positione longae factae fuerint, non ha-
 bent nisi acutum accentum. si vero ipsa monosyllaba natura longa fuerint,
 11 non positione, non habent nisi circumflexum accentum. — In dissyllabis
 quae priorem: in omnibus dissyllabis [omnibus: quattuor pedes sunt | 15
 dissyllabi, qui toti nothi sunt] in penultima, sive longa sit sive brevis, non
 habent nisi acutum accentum. solus trochaeus circumflexum accentum
 habet in penultima, si natura longa fuerit. qui si positione habuerit pe-
 15 nultimam longam, et ipse mutat accentum et acutum recipit. — Trisyl-
 labis et deinceps: omnes pedes trisyllabi * sive in penultima acutum 20
 accentum habet. solus amphibrachus, si penultimam natura longam ha-
 buerit, circumflexum accipit. qui, si penultima positione fuerit longa,
 mutat accentum et acutum recipit. in dactulo in antepenultima acutus
 21 ponendus, sive natura sit sive positione longa. — Perosus et Cethe-
 gus amphibrachus pes est: penultima ipsius, si natura longa sit, circum- 25
 flexum recipit. quae si positione longa fiat, mutat accentum et in ante-
 penultima acutum recipit. notandum hunc solum | pedem circumflexum
 accipere, si penultima natura longa fuerit.

Ratio accentuum. Tribrachys, ut macula, in antepenultima acutum
 habet. molossus, ut naturae, *sive natura fiat* sive positione, in pen- 30
 ultima acutum habet. anapaestus, ut Erato, quovis modo in antepenul-
 tima acutum habet. palimbacchius, qui et antibacchius, *ut natura*, quovis
 modo in penultima acutum habet. amphibrachys, ut carina, in penulti||ma

Cod. Bern. V 4—5*. 6 thoni thoni 7 ab hacuendo ab institutione
 8 loncum aput aut actus 13 si uero in ipsa fuerit 16 dissyllabi] syl-
 laui 18 natura longus 20 denceps omnes 21 amfibrachus si penultima
 22 quem si penultimam positionem 23 mutat] mut 24 cetegus amfibrachus
 25 longa sit] longa (corr. -gae). si 26 in antepenultime 27 notam dum pede
 29 tribracys 30 sive natura fiat om. in antepenultimam 32 antibacchus natura
 33 in penultimam amfibrachys in penultimam

15 sunt dissyllabi *Putschius. fortasse* omnes quattuor pedes dissyllabi, qui toti noti
 sunt, in penultima etc. 20 *fortasse* omnes pedes trisyllabi vel in antepenultima vel
 in penultima acutum accentum habent 32 *ante* palimbacchius *definitio dactyli et*
bacchi excidisse videtur

circumflexum habet, si natura longa; si positione, acutum, ut carecta. amphimacrus, ut insulae, quovis modo in antepenultima acutum habet. quinque sunt hi pedes ergo, qui quovis modo in antepenultima acutum habent, tribrachys molossus anapaestus dactylus et amphimacrus. duo sunt, palimbacchius et bacchius tantum, qui quovis modo in penultima acutum habent. unus est amphibrachus, qui in penultima, si natura longa fuerit, circumflexum recipit, si positione, acutum. in amphibracho haec est ratio: huius penultima si positione longa fuerit, acutum habebit accentum, si natura, circumflexum. providendum est autem ut penultima amphibrachi positione fiat longa: nam si ex muta et liquida fuerit facta positio penultima, acutus in antepenultimam transit.

In compositis: quotienscumque ex pluribus partibus nomina composita 371, 22 reperimus, non nisi in tribus syllabis accentum quaerimus. in compositis sermonibus aequè unus accentus invenitur, sicut et in simplicibus, quia in tribus syllabis invenitur accentus [in bacchio vero in penultima invenitur acutus accentus, sive illa positione sit longa sive natura]. interea in antepenultima est. — Accentus in Romanis verbis et in regularibus 24 quaerere debemus. peregrina nomina, quae sunt barbara, vel interiectiones, quae ex affectu animi nascuntur, accentus habere non possunt, heus 20 heu. — Nulli certi sunt: accentus legem dicit pronuntiatione corruptam, quia dissyllaba verba vel nomina, quae constat in prima syllaba habere accentum [si tenores], in pronuntiatione accentus ad ultimam transferunt, quae quidem non videtur esse ultima, quia hac coniunctione inpletur periodos. — Saepe conturbat: meminerimus ut graeca verba 27 *graecis* accentibus pronuntiemus, quae verba in ultimis syllabis accentus habent, quae Latini habere non possunt, ut Dido Nais. [in his ultimae habent circumflexum accentum.] — Nisi discretionis causa: tunc in 28 latinis verbis in ultima syllaba accentus invenitur, quotiens fuerit discretio verborum separanda, ut || ergo [ut pone, ideo ne verbum putetur imperativi modi], ne coniunctio intellegatur, quae causam significat, ut ultima producat, in ultima circumflexum recipit. Acutus, gravis, circumflexus, brevis, ὀφέν, διαστολή. — Ne dicatur ὀφέν ‘conspicit ursus’. — Δασεία ψιλή: δασεία adspiratio, ψιλή siccitas. haec signa apud Graecos.

Cod. Bern. V 5*—7. 2 amphimacrus] amfibrachys in antepenultimam
3 hii in antepenultimam 4 amfibrachus 5 in penultimam 6 habet amfibrachus in penultimam 7 in amfibrachu 9 penultimam amfibrachy 10 longam 11 penultima 12 ex pluribus] in pluribus corr. al. man. in pluribus 13 repperimus 14 quia in sribus 20 correptum 21 imprima 24 graecis om. 29 ideo] ibi 30 causa 31 recipiant 32 conspiciet corr. -cit 33 apud graecos positurae ponenda 34 δασεία bis

16 fortasse interealoci: in antepenultima est accentus 32 conspiciet Verg. Aen. VIII 83

DE POSITVRIS

- 372, 15.17 Positurae a ponendo dictae. unde et theses dictae. — Vt est illud Terenti, 'facio te apud illum deum'. — Media est:
 principio caelum ac terras camposque liquentes
 lucentemque globum lunae Titaniaque | astra, 5
 22 propter longum sensum, ut habeamus dilationem respirandi. — Periodos est conclusio totius sensus; comma est caesura finita cum sensu, ut 'Caesar in arma furens'; colon est caesura curta, ut 'Italiam fato profugus'.

ARS SECVNDA

10

DE PARTIBVS ORATIONIS

- 26 Ex his duae sunt principales, nomen et verbum: ex nomine et verbo genus ducunt ceterae partes. — Principales: sine quibus loqui non possumus. unde et primae partes orationis ponuntur, quia reliquae harum sunt partes. pronomen hoc est | paene quod nomen; 15
 adverbium quae pars sine verbo non patitur; participium habere enim parti nominis et verbi coniungitur; nominis et verbi ponitur coniunctio, *
 nomini autem praepositur et verbo; interiectio nomini adponitur et verbo. —
 27 Articulus: male dixit Donatus. habemus autem articulos, sed in pronomine, non in nomine, ut Graeci. τὸ ἄρθρον cum in nomine habeant 20,
 Graeci, interiectionem in adverbio enumerant. heu adverbium Graeci dicunt, Latini interiectionem. ergo nos articulum separatim non habemus,
 28 Graeci interiectionem. — Aristoteles duas dicit, stoici quinque, multi novem, multi decem, plerique undecim.

DE NOMINE

25

- 373, 2 Nomen aut corporalem rem significat aut incorporealem. corporalia sunt | quae et tanguntur et videntur, ut homo terra mare; incorporalia sunt quae non tanguntur et videntur, ut caelum sol aër; alia quae nec
 5 tanguntur nec videntur, ut pietas iustitia dignitas. — Vnius hominis propria nomina appellantur [multorum vocabulum faciunt ex se si 30

Cod. Bern. V 7 — 8*. 2 thesis illud ferenti 6 adspirandi principio conclusio 7 coma est caesurae (*corr.* -urae) in ita cum 8 colon] cola 9 profugus explicit ars prima. inquit ars secunda feliciter de partibus orationis 20 τὸ]·TON 21 enumerant 24 plerique] usque 25 DE NOMINE *om.* 29 huius *corr. al. man.* unius 30 ex se] exe

2 Terenti] *Adelph.* III 1, 19 4 principio] *Verg. Aen.* VI 724 8 Caesar] *Lucan. Pharsal.* II 439 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 17 lacunam, qua quaedam de praepositione exciderunt, indicavi, reliqua corrupta, sicut in codice scripta sunt, reliqui. sententia verborum hoc fere modo restitui potest, adverbium, quae pars sine verbo non ponitur; participium habet partem nominis et partem verbi; coniunctio nomina et verba coniungit; praepositio nomini praepositur et verbo

quidem, ut dico Roma Tiberis]. apud veteres haec erat discretio inter nomina et vocabula; nominibus res animales appellabantur, vocabulis res inanimales. sed hoc usus confudit et usurpavit. — *Ternis*: quia quattuor litteris notari praenomen noluit, ne nomina faciamus. — Primae positionis nomina sunt quae dedit natura. — Appellativorum nominum species sunt viginti septem. [item aliud 'cui Remulo cognomen erat'] — Prae-9 nomina sunt quae ante nomina ponuntur, nomina sunt propria, cognomina | familiae, agnomina virtutis. sciendum vero quod haec veteres confuse proferant. nam et nomina cognomina vocabant, et cognomina nomina dicebant, hoc exemplo, ut 'cui nunc cognomen Iulo' et 'magno demissum nomen Iulo'. ecce modo nomen, modo cognomen dixit. — Sunt etiam: sicut illa superiora ab origine descendunt 16 principalium, a monte montanus monticulus, ita haec originem non habent, unde descendant. ex se videntur esse principalia, ex se diminutiva. — 15 Vt Themisto: haec Themisto, huius Themistus, huic Themisto, hanc Themisto, o Themisto: quinque casus habent Graeci. latine ita declinatur, haec Themisto, huius Themistonis, ut Cicero Ciceronis, huic Themistoni, hanc Themistonem, o Themisto, ab || hac Themistone. sic Calypso, sic Manto, | sic Dido hanc Dido: Vergilius, 'et nomine Dido saepe vocaturum'. — Omnia nomina quae in on terminantur apud Graecos perdunt n ultimam et latina fiunt, ut puta Apollon dicit Graecus, Latinus Apollo dicit. — Calypso Pan: hic Pan Panos Pani Pana o Pan, 18 ablativum non habet quia graeca est declinatio. latine Inuus Inui dicitur, id est Panos: Vergilius 'Pometios castrumque Inui'. alii illum Incubonem dicunt, hic Incubo huius Incubonis, huic Incubo hunc Incubum o Incubo ab hoc Incubone, sicut hic botruo huius botruonis huic botruo ab hoc botruone. — Vt Polydeuces: graece, latine Pollux, Odysseus 19 graece, latine Ulixes. — Quae notha appellantur: corrupta, media 20 inter graeca et latina, ut Apollo, ut Achilles pro Achilleus, Agamemno pro Agamemnon. | — [unum multa significant non] Sunt alia homonyma: 21 homonymum est quod una significatione multos intellectus habet, quia

Cod. Bern. V 8*—VI 2. 1 apud 3 ternis om. 5 omnia sunt corr. nomina sunt nominum] nominatim 6 sunt] sum aliud 7 cognominata corr. al. man. cognomina 8 haec] nec 9 confusae praeferant 10 hoc exemplum] ut qui 12 decedunt 14 descenduntia corr. descendant ex se] exe corr. al. man. ex se ex se] exe 16 latinae 17 huius themistudinis huic themistudini hunc themistudinem 18 hac themistudine 20 quae non apud 21 fiunt] sunt 22 calypso hic patit panos (?) pana o pana 23 latinae inios ipsius det id est 24 Pometios] panetios illum cubonem 26 huius om. 28 correpta 29 pro post Achilles om. 30 pro agamemnon omonyma omonymum 31 significatio

6 cui] Verg. Aen. VIII 593. exemplum Vergilii ad ea quae infra v. 10. adscripta sunt pertinet 10 cui nunc] Verg. Aen. I 267 11 magno] Verg. Aen. I 288 12 descendant Putschius 19 Vergilius] Verg. Aen. III 383 23 latine Inuus Inui Putschius 24 Vergilius] Verg. Aen. VI 776 25 huic Incubo hunc Incubum et huic botruo sic ut in codice scripta sunt reliqui. nam hoc docuisse videtur grammaticus, hic Incubo et hic Incubus dici, sicut hic botruo et hic botruus

p. 1891. 92 P.

nepotes et consumptores dicimus et adfines, ut aciem oculorum dicimus
 373, 22 et exercitus [haec utraque declinatione flectuntur]. — *Sunt alia syn-*
onyma: haec contraria sunt homonymis, cum una res multa nomina
 23 habet. — Patronymica: ista non solum a patribus appellantur, sed et a
 matribus vel avis, ut Aeacides: patronymicon est, dum ab avo perhibea-
 tur. quo modo tribus modis exeunt masculina, sic tribus modis exeunt
 feminina, ut Peleias Atreias Nereias, sic item Atreis Peleis Nereis, sic
 26 Atrine Peline Nerine, ut Vergilius 'Nerine Galatea'. — Vt Atrides:
 28 trina regula, ut Atrides Atreius Atreion. — Vt Nerine: Atrine Nerine,
 ut 'Nerine Galatea', [ita et Galatea] ita et Nereia. — Ctetica dicun-
 tur | quae coniunctionibus gaudent, hoc est quod aliis copulantur nomi-
 374, 2 nibus, sicut exempla docent. — Ctetica dicuntur possessiva — Mediam
 significationem habent, quia et exercitum magnum dicimus et virum; sic
 et fortem. quae a nobis mediae significationis dicuntur, a Graecis epi-
 1 theta vocantur. — Cum dicimus Euandrius Pallas, patronymicum est; 15
quia producitur, sicut legimus, 'totus et ille dies' et 'hos tota armenta secuntur'. ergo in simplici utrumque corripitur, et quot et tot; in derivatione totus producitur. — Infinita ut cuius: indefinitum 380, 4 est ad aliquid, qua ostendo me aliquid possidere quod cupio et persona possidentis refertur, ut Terentius 'quid, mulier cuia est?' et Vergilius 'cuium pecus?' — Cuia cuium: ad aliquid ideo dixit, quia necesse est ut persona possessi non intellegatur nisi iuncta personae possidentis * ut si dicamus verbi gratia 'quotus ab illo est?' — Vt quantus tantus: notanda ista pronomina, quia et adverbia faciunt, ut quanti tanti, 'quanti te habuit', 'quanti te duxit', et sic dicenda quo modo maximi. — Sunt alia demonstrativa: demonstrativa, quae praesentes res demonstrant, ut hic haec hoc. nam si dicas de praesente persona 'iste est qui tibi fecit iniuriam', soloecismum facis. minus quam finita pronomina, quae commemorationem faciunt earum personarum, de quibus iam locuti sumus, ut est ipse iste is. haec etiam subiunctiva appellantur, ut puta 'qui illud fecit, ipse et hoc fecit' [commemorationem videatur habere personae]. — Vt eccum eccam ellum ellam: pronomina ista quasi monoptota sunt. sed haec propter latinitatem composita proferenda sunt, ut puta eccam ecce eam, eccum ecce eum, sic et ellum. sicubi ista inventa fuerint, usurpativa sunt; et ideo demonstrativa maxime sunt, quia adverbium demonstrantis habent, ut ecce, et pronomen, ut eum illum. sed haec omnia ex istis quattuor speciebus sunt, finitis, infinitis, minus quam finitis [servi] et possessivis.

Commune, ut qualis talis: qualis et talis communia sunt pronomina. neutra in e correptum exeunt, ut quale tale, sicut in nominibus suave dulce, quae et comparantur, ut suavius dulcius. ista pronomina non comparantur, quia nullum pronomen recipit comparationem. neque enim potest dici qualior talior, quo modo suavior dulcior. unde Lucanus adverbium fecit,

qualiter expressum ventis per nubila fulmen.
nam non possumus his pronominibus comparationem adponere, quamvis

Cod. Bern. VIII 7*— VIII 1. 2 simpli corr. al. man. simplici et quod et totum in deribatione 4 ad aliquod 6 ad aliquid] aliquid aliqui 8 gratiam quantus] quā tu 9 quanti tanti] quantitati 10 habui 11 demonstrant] demonstrat 13 soloecismum quam infinita 14 commemoratione 15 istae appellaritur corr. al. man. appellabitur 17 persona ellam] iam 18 proferenda 19 ut puta eccam ecceam eccum ecceum sic 21 eum illum] eccum ellum 25 neutrum 26 ut suauibus 30 expressum

1 totus et] Verg. georg. I 434 hos] Verg. Aen. I 185 4 quo ostendo, Putschius. quando dico meus, me aliquid possidere ostendo in explicatione possessivorum habet Pompeius p. 243 ed. Lind. quare haud scio an haec ab hoc loco aliena sint, et ad infinitum pronomen cuius illud tantum pertineat, quia ad personam possidentis refertur 5 Terentius] Eunuch. II 3, 30 quid virgo cuia est Vergilius] bucol. 3, 1 8 ut si — est ex explicatione pronominum quotus et totus relictus sunt 28 Lucanus] Pharsal. I 151

p. 1908. 09 P.

ab analogia non discrepent nominum horum, suavis et dulcis, et similiter adverbium faciant. — Omnia pronomina, ut supra diximus, primigenia viginti et unum sunt ita, finita tria, ego tu ille, infinita septem, quis qualis talis quantus tantus quotus *totus*, minus quam finita sex, ipse iste is hic idem qui, possessiva quinque, meus tuus suus noster vester. quattuor latera habent ista pronomina: aut ambo pluralia, aut ambo singularia, aut unum plurale et unum singulare, aut unum singulare et unum plurale.

380, 19 Aut composita, ut quisquis: quisquis ita declinandum est, quisquis cuiuscuius cuicui quemquem | quisquis a quoquo vel a quiqui, et pluraliter quiqui quorumquorum quibusquibus quosquos quiqui a quibus- quibus. unde sunt illa exempla, apud Terentium

quemquem nacta sis, quin spolies, mutiles, laceres, apud Tullium in frumentaria 'cuicuiusmodi est'. quispiam autem prima parte declinatur, postrema non declinatur. piam enim quid est? nihil. sic et aliquis: ali non declinatur, quis declinatur. nomina a prima parte componun- tur, pronomina a prima et ab ultima. || composita pronomina in qua parte nominativum habuerint, ipsa parte declinantur, sicut nomina, quae aut unum nominativum habent aut duos. si unus nominativus fuerit, ipse declinatur, alter casus sequens non declinatur; si duo nominativi fuerint, | ambo in- 22 flectuntur. — Nam idem: *idem* pronomen ex duobus corruptis constat; ideo simplicis figurae est. nam cum idem productum fuerit, masculinum pronomen est; cum correptum * idem accusativus triptotus est si de masculino, ipse est nominativus, qui et accusativus. — Et figura in pronomi- nibus ita est, ut et ab ultima parte componantur et a prima, ut quispiam aliquis quinam nequis siquis nescioquis: aut ex conpluribus compo- 25 nimus, ut quicumque [habet tamen numerum communem, quidam cuiusdam cuiuscumque]. — Hic quando producit, adverbium loci est; quando corripitur, pronomen. pronuntiatio illud discernit; si tractim pronuntias, adverbium loci est; si cursim, pronomen generis masculini, ut 'solus

Cod. Bern. VIII 1—2. 1 discrepet 2 primigenia corr. al. man. primag. 3 septe 4 totus om. 5 qui] sui 6 pronomina ut ambo aut post singulare om. 10 a quibus a quibus unde 11 apud 12 mutiles .n. laceres apud 13 cuicuiusmodum est prima pars declinatus 15 sic] sit non declinantur quis declinantur 16 pronomina ab ultima pronomina in qua parte nominativum habuerint composita ipsa 18 nominativus ipse fuerit declinatur 20 nam idem pronomen 23 ipse] ispes 25 quinam] cuinam nesquoquis 28 pronuntio illud 29 solus in inflexit

8 quisquis] cf. Pompei. p. 251 ed. Lind. 11 apud Terentium] Hecyr. I 1, 8 quin spolies mutiles laceres, quemquem nacta sis 12 mutiles non laceres Putschius 13 item in Verrinis habetis in illa frumentaria Ciceronis 'cuicuiusmodi est' Pompeius. in frumentaria, hoc est in tertia oratione Verrina, verba non leguntur; ad Cic. in Verr. act. sec. V 41, 107 revocavit Zumptius in Cic. l. c. 22 idem si volueris producere, masculini erit generis, idem vir, idem paries; si autem volueris corripere, neutrum est, idem tempus, idem mancipium Pompeius p. 252 ed. Lind. eadem praecepisse videtur Cledonius. corrupta autem verba quae sequuntur, nisi omnino ab hoc loco aliena sunt, hanc continere videntur sententiam, idem neutro genere et nominativum esse et accusativum, masculino tantum nominativum, ceterum triptoton pronomen sui sibi se dixit Priscianus vol. II p. 2, 7 29 solus] Verg. Aen. III 22

hic inflexit sensus? | — Ideo in singulari numero prima persona voca- 380, 27
tivum non habet, quia ipse se nemo vocat. — Vt eccum eccam, ellum 31
ellam, cuius cuia cuium cuiatis: ista omnia anomala sunt, non de-
clinantur. nam 'cuium pecus' auctoritas praesumpsit. — Et vocativo, 32
ut sui: notandum ne ista pronomina quasi possessiva intellegantur. pos-
sessivum ita declinatur, suus sui suo suum o sue a suo; hoc vero ita de-
clinatur, sui sibi se et a se. sed vide, quantum discrepat inter hoc pro-
nomen et possessivum: hoc ita dicendum est, 'sui causa facit', dico et 'sui
causa fecerunt'; ideo et communis est numeri. — Inter omnes et totos 381, 9
quid interest? omnis potest esse cum multis; totus potest solus esse. [di-
cunt alii facere hic neuter huius | neutri.]

Inter pronomina et articulos hoc interest: pronomina sola 4
declinantur. articulos Graeci in nominibus habent, nos in pronominibus. et
articuli tres significationes habent; et pronomina dicuntur et articuli et
15 demonstrationes. — Pronomina ea putantur, quae || cum sola sunt:
sed tunc dico esse pronomina, cum carent articulis; sicubi cum articulis
fuerint declinata, nomina nuncupanda sunt. — Vterque sunt qui no- 9
mina, sunt qui pronomina existiment: quia non facit hic neuter
huius neutri, sicut omnis sic dubiae similiter pronomen si articulos acci-
20 pit nomen est, hic neuter; si non accipit, fit pronomen [sed quis ponat
articulum?]: ita et omnes. non omnibus pronominibus iunguntur articuli.
nam nemo dicit hic is et haec ea et hoc id. — Pro articulis tunc ponun- 4
tur, quando corripiuntur et nominibus iuncta fuerint; pro demonstratione
tunc, quando producantur et adverbia faciunt loci. — Ista particulae 9
25 dubiae sunt, utrum pronomina sint an nomina. unde magis nomina dicenda
sunt, quia iunguntur his articuli, sicut omnibus nominibus et rite decli-
nantur, id est neuter uter omnis alter alius ambo uterque.

DE VERBO

Verbum dictum a verberato aëre, quod motu fit linguae, sed et aliae
30 partes sic fiunt. sed ideo haec pars sic dicitur proprie, quia principalis
est et facit elocutionem. — Qualitas in modis et in formis: coniugatio in

Cod. Bern. VIII 2—3. 2 ut eteum eteuius eteum cuiatis ercum (corr. eccum)
eteuia eteuiam ellum ellam eteuium cuiatis ista 6 suus] sus o sue] sue o 20 hic
neuter fit non pronomen 22 hoc his et haec aea et hoc id 23 demonstratione
24 faciant corr. -unt 26 his articulis 27 uter] uterque ambas 29 verbo corr.
al. man. uerbum mutu corr. al. man. motu 30 propriae 31 facit] fi*

4 cuium pecus] *Verg. bucol. 3, 1* 9 inter omnis et totus *Putschius* 10 di-
cunt — neutri ad ea quae infra v. 18 de dubiis pronominibus scripta sunt adnotata esse
videntur 12 fortasse pronomina sola declinantur, articuli nominibus adiunguntur.
articulos etc. 18 diversae grammaticorum sententiae, cum alii haec de quibus agitur
cum articulis declinari dicerent, alii negarent confusae sunt. videntur autem haec fere
scripta fuisse, quia nemo dicit hic neuter huius neutri et omnes istae partes dubiae
sunt inter nomen et pronomen: neuter si articulos accipit etc.

p. 1910. 11 P.

in secunda persona agnoscitur: | genus, utrum activum sit an passivum: numerus, sicut in nominibus: figura, sicut in nominibus: tempora, quibus
 381, 14 facta discernuntur: personae, quae distributionem praesignant. — Quoniam
 verba temporibus et modis declinantur, nomina casibus. — Verbum est
 17 interrogative, pars orationis responsive. — Non solum in modis est qua-
 18 litas verborum, sed etiam in formis. — Indicativus: quia quae indicamus
 pronuntiando dicimus. is ipse est pronuntiativus, qui et indicativus. —
 Qui pronuntiativus: quia quae indicamus pronuntiando signamus. —
 Imperativus, qui nos ostendit aliis imperare; optativus est qui et promissivus,
 quando nobis promittimus et optamus aliquid evenire; coniunctivus, | 10
 qui nos facit sermonem cum alio modo coniungere; infinitus, qui person-
 17 nas numeros et tempora confusa habet. — Verborum in modis est:
 modi sunt proprie casus verborum, formae intellectus. accidit et tempus,
 20 quod non solum verbo, sed et adverbio et participio. — Coniunctivo modo
 nisi iunctus fuerit indicativus futuri temporis, elocutio illius non constat, | 15
 21 ut 'cum legero, surgam'. — Impersonalis, qui personas *quidem habet*, sed
 23 personas non dividit, nisi a pronomine accepit. — Sed notandum
 25 quod hic indicativus aut a neutralibus verbis venit aut ab activis. — Misereor:
 ab indicativo venit, sed a deponenti. — Senesco: seneo, quiesco
 lectum est. facesso non est *frequentativum*. frequentativa [in to] aliam | 20
 22 syllabam habent et aliam | coniugationem. quiesco quievi facit. — Impersonalia
 tres significationes habent: aut in tur exeunt, ut curritur, aut in
 it, ut odit, aut in et, ut pudet. ista ipsa et neutrodefectiva dicuntur. —
 25 Alia a se oriuntur: quia significationes non habent, unde descendant. —
 382, 1 Praeteritum tempus non habent: calesco non facit calescui; parti-
 cipium futuri temporis non facit, ferverenturus; *tertiaie coniugationis* correpta
 2 calesco calescis. — Sunt etiam frequentativa: frequentativa sunt alia,
 quae non tantum a verbo veniunt, sed et a nomine descendant. nam patrissat
 est 'patri similis est', graecissat 'graece adfectat'. et ista quae a nomine
 veniunt velut similitudinem tenent. nam patrissat non 'pater | 30
 3 est', sed 'similis patri est'. — Sunt quasi diminutiva, | quae a perfecta
 forma veniunt, sorbillo sugillo: ista sorbillo et sugillo velut diminutiva
 sunt, sed diminutiva non sunt, sed magis derivativa. nam

Cod. Bern. VIII 3*—5*. 2 in omnibus utroque loco 3 distributionem
 5 interrogativae responsivae 7 is corr. id 9 inperare 10 aliquit 12 numeros]
 muneris corr. al. man. numeris immodis 13 propriae 16 qui personas
 se (corr. al. man. sed) personas non 19 senesco senio cupio senio lectum es facesso
 non est frequentativa in toso (corr. al. man. toto) aliam 21 quievi] quivi 22 aut
 in it (corr. al. man. .i.) ut odi 24 aliae 25 habet participio 26 tertiaie coniugationis
 om. 28 et om. 29 similis es graecissat graecae adfectatur 30 velut
 corr. al. man. velut tenet 31 similis patris sunt quasi ad perfectam

19 senesco — 21 facit ad differentiam formae inchoativae et formae perfectae, de qua infra v. 25 dictum est, pertinent: cf. Pompei. p. 283 ed. Lind. facesso autem frequentativum non esse expositum est infra p. 61, 32 23 ut odit Pulschius: contingit vulgo in exemplo impersonalium in it ponitur

a primis significationibus his descendunt, ab eo quod est sorbeo et sugo.
 — Vt pytisso vacillo: vacillo quasi vago. alii reprehendunt Donatum, 382, 4
 ut ab eo quod est potio mutata littera pytisso pro potisso dixerit, et ab eo
 quod est vagor vacillo pro vagillo. — Et aneo, quod est tremo, unde et
 5 anates dicimus, quod in aqua sint, hoc est in frigore. siquis tremit, aneo dicat,
 hoc est tremo. — Conpesco conpesceui: [conpesco] inchoativa ista verba 7
 non esse adprobat tempus, quia diximus supra praeteritum non admittere
 inchoativa. conpesco habet praeteritum: | quia facit conpesceui, ideo inchoa-
 tivum non est. — Sunt quae originem sui non habent, ut con- 9
 10 suesco quiesco: consuesco facit consuevi, quiesco facit quievi, facit et
 passivum, consuescor ab alio. ideo ergo inchoativa non sunt, quia || et
 praeteritum habent et passivum faciunt. — [Conpesco conpesceui, tempus prae- 7
 teritum perfectum conpesceui facit; idcirco non videtur inchoativa forma].

Prima coniugatio in praeterito imperfecto in bam exit, ut amo ama-
 15 bam, sicut audio audibam * ex praeterito perfecto et audii et audivi et
 audisse et audivisse. secunda doceo docui in solutum ui exit; tertia con-
 iugatio i correpta exit, quarta producta, | ut audii. — Tres litterae quae
 faciunt coniugationem, a e i: a quae producta est, in secunda, e et i, quae
 correptae sunt in tertia, quarta i, quae semper producta est.

20 Verba neutralia: furio insanio pendeo fugio cedo madeo proficio deficio
 venio succedo vivo gusto consuesco maneo [venio] caleo haereo propero
 valeo curro sto sedeo cubo succumbo accumbo pareo dormio prodeco glisco
 revento esurio lucubro supplico immineo tremo fallo horreo vapulo scato nubo

Cod. Bern. VIII 5—6*.* 1 ab eo] habeo 2 baccillo buccillo quasi 3 pytisso
 pro pytisso 4 uacillor non uagillo et ananio eo quod 5 tremitanio dicat hoc es
 8 inchoativum non est consuesco quies consuesco facit consuevi quiesco facit quievi
 facit et passivum consuescor ab alio adeo ergo inchoativa non sunt quia et praeteritum
 habent et passivum faciunt sunt quae originem sui non habent ut consuesco facit con-
 suevi quiesco facit conquevi consuescor ab alio conpesco conpesceui 13 conpesceui
 idcirco 15 sit (*corr. al. man.* sicut) audio 16 audisset et 17 tres] teres
 18 faciant *corr. al. man.* -unt 20 fugio] figio 21 haereo] ereo 22 cubo] cuo
 dormeo 23 lugubro suplico horreo] erreco

4 aneo] cf. Pompei. p. 283 ed. Lind. 14 de quattuor coniugationibus verborum
 uberius hoc loco dictum fuit. sed ea in codice ita mutilata et corrupta sunt, ut quid a
 grammatico scriptum fuerit iam non adpareat 18 fortasse a quae producta est in
 prima, e quae producta est in secunda, e et i quae correptae sunt in tertia, i quae
 semper producta est in quarta 20 indices verborum in codice ita scripti sunt, ut con-
 pluribus versuum commatibus vel columnis in una quaque pagina distinctis singula verba
 versum impleant. et in primis quidem paginis duabus (VIII 6* et 7) quaterna versuum
 commata scripta sunt, in duabus, quae sequantur (VIII 7* et 8) bina. ultima autem
 quaternionis pagina scriptura vacat. similis scribendi ratio in archetypo fuisse videtur.
 hinc natus est error librarii, quod et in neutralibus verbis quaedam, quae ad deponentia
 vel communia pertinent, et in deponentibus non nulla, quae in communibus collocanda
 erant, scripsit et complura, quae vel scripta iam erant vel postea scribenda erant, per-
 verso ordine posuit. sed quoniam genuinus verborum ordo restitui nequit, praesertim cum
 non satis constet, quae verba deponenti formae, quae communi tribuerit grammaticus, per-
 turbatam codicis scripturam reliquit. ea autem quae alieno loco collocata vel prave re-
 petita sunt uncis adpositis notavi 21 venio] fortasse veneo haereo Putschius
 23 erro vapulo scateo Putschius

p. 1912. 13 P.

ardeo excreo [minor opinor pluo proficiscor perpetior tueor intueor patior]
caleo algeo pateo serpo repo olfacio erro vigilo resto [testor testificor
dominor nascor aspernor conor misereor paciscor] | cogito surgo milito
sudeo hiemo trepido eo pereor recedo procedo oleo sapio spiro saevio taceo
sileo degenero mando surgo descendo [recordor irascor medior quidam] vaco 5
[interpretor] dubito fluctuo prosilio nuto candeo libro parco. verba depo-
nentia: medeor luctor profiteor fateor vereor loquor obliviscor praedor utor
contionor negotior rimor scrutor imitor interpretor patior adipiscor precor
adsequor consequor persequor prosequor adgredior progredior vescor molior
demolior arbitror venor operor sciscitor peregrinor praestolor comitor 10
nanciscor expergiscor iaculor proelior experior queror machinor nitor medeor
tibi, medicor tibi, [patior] mereor merui, for adfatur, opperior te, opitulor
tibi, reminiscor speculor [iaculor] miror tueor tutor dignor | [medeor qui-
dam commune || dicunt esse, medeor te et medeor a te] suspicor, suffragor
tibi, tutor polliceor dignor indignor sortior revertor comissor furor mentior 15
aemulor iocor orior ordior odoror exequor detestor rixor ulciscor minor
vagor grassor explicor depeculor hortor contemplor [molior] palor cunctor
blandior epulor argumentor speculor amplector meretricor stomachor in-
fitior reor praevaricor periclitor auxilior insidior veneror praecantor causor
amplexor | [operor sciscitor peregrinor praestolor comitor] gratulor com- 20
mentor bacchor lamentor auctionor hariolor [commentor] consolor bellor
minitor adulor adsentor fabulor [speculor]. verba communia: criminor
tueor potior hortor osculor contemplor calumnior ludificor [speculor iaculor
miror tueor tutor dignor] consolor populor [criminor] scrutor moror fene-
ror, amplector amplexor adgredior obliviscor adsequor utor fruor execror 25
testor vereor metior. | nunc hoc monemus, quod exceptis supra scriptis
deponentibus et communibus verbis quaecumque iam verba indicativo modo
temporis praesentis ex prima persona r littera terminantur et ex sua spe-
cie non possunt facere verba activa, haec indiscreta qualitate accipiuntur,
hoc est quod seu communis seu deponentis verbi potestate fungantur. 30

382, 25 Tertia coniugatio varios habet modos, aliquando tantum in am, ali-

Cod. Bern. VIII 6*—X 1. 1 excreo] expeo 2 resto] peggio 4 hiemo] iemo
eo repereo 5 discendo vaco] uoco 6 inpretor candeo corr. candeo
8 contionor] continuator inteptraor patior idipiscor praecor 11 naciscor praelior
etperior 13 dignor commune dicunt esse midior te et medior a te suspicior 15
polliceor comisor 16 aemulor] remolor ordior] odior detestor] detexor
18 aepulor stomachor 21 bellor] ballor 22 fabolor 23 hosculor 26 scribtis
28 persona es littera terminatur 30 fugantur 31 modus

1 pluo] fortasse proelior, quod infra in deponentibus scriptum est 2 resto
Putschius. fortasse pessum eo 4 hiemo] gemo Putschius fortasse eo redeo pereor
6 candeo] cado Putschius 13 speculor — dignor, quae praeter unum miror in
aliis etiam locis scripta sunt, ab hoc loco aliena esse videntur. contra huc revocanda sunt
quae supra v. 5 scripta erant recordor irascor medeor 17 explicor] fortasse exspatior
hortor et contemplor, sicut alia complura, ex communibus verbis huc inlata esse vi-
dentur 19 praecantor] fortasse percontor

quando in bo, aliquando in am et in bo. et in am, ut lego legam; in bo tunc est, si prima persona i suum teneat, ut munio munibo, eo ibo. sed dicis, eo i non habet. iuxta orthographiam habet: nam et scribitur ut sit diphthongus, sicut eitur, et ut diphthongum semper teneat. in am et in bo, ut audio audiam audibo. — Quartam coniugationem putant, quod futurum tempus et in am et in ar, et in bo et in bor * rite exire posse: ut Terentius 'matris servibo commodis', ut Vergilius

audiam, et haec manis veniet mihi fama sub imos.

- 10 — Et si qua sunt similia: ut eo is it, et habet ante o e; tertiae est || coniugationis productae, ibo, non eam, ne sit coniunctivo temporis praesentis similis, cum eam. nutrio et nutriam et nutribo, quia i habeat ante o. — Tertia correpta a tertia producta hac ratione discernitur, quod tertia correpta in passivo pro i e habet correptam, ut lego legis legor legeris; tertia vero producta eandem i et in passivo servat, ut nutrio nutris nutrior nutritis. — Eo verbum neutrale indicativo modo dictum personae primae coniugationis quartae productae, eo is it imus itis eunt; praeterito imperfecto ibam ibas ibat, et pluraliter ibamus ibatis ibant; praeterito perfecto ii et ivi, isti, iit vel ivit, et pluraliter iimus vel ivimus, istis, ierunt vel iverunt, iere vel ivere; praeterito plusquamperfecto ieram vel iveram, ieras, ierat, et pluraliter ieramus vel iveramus, ieratis, ierant; futuro ibo ibis ibit ibimus ibitis ibunt: imperativo modo ad secundam et tertiam personam i eat, et pluraliter eamus ite eant; futuro ito itote eunto: optativo utinam eam, imperfecto utinam irem, perfecto utinam ierim vel iverim, futuro utinam eam: coniunctivo cum eam eas eat, perfecto cum ierim, plusquamperfecto cum issem * futuro itum ire: impersonali itur, imperfecto *ibatur*, perfecto itum est, plusquamperfecto, itum erat, futuro ietur. usque adeo futurum duplicem habet quarta coniugatio, ut Terentius diceret | 'non eam? ne nunc quidem', et Vergilius 'ibo animis contra'. ita et
- 30 a nutrio debemus dicere et nutriam et nutribo.

Deponentia per catantifrasin. et deponens potest facere commune, ut convivor; et commune deponens facere non potest, ut obsonor. — Deponens dicitur, quod deponat participium futuri temporis in dus, ut nascens natus naturus [non nasciturus], et nascendus non facit [quia ab eo quod

35 est natus. addes participio perfecti temporis a passivo rus, et fecisti futu-

Cod. Bern. X 1—2. 3 orthographiam 4 sit dyptonga ut diptongam*
 5 audio] audiam 11 ne sit coniunctivo similis cum eam temporis praesentis
 nutrio 12 quae i habeant 13 a] a *corr. al. man. et* 21 e .i. eram vel
 ieramus ieratis 22 i] .i. i 26 itum ire ibatur perfecto *om.* 29 quidem] quaedam
 contri *corr. al. man. contra a om.* 31 catantifrasin *corr. al. man. catafrasin*
 32 commuor *corr. al. man. conuor* 33 in *al. man. add.* 35 perfecti] futuri

7 possit Putschius, sed post Donati verba plura excidisse videntur Terentius]
Hec. III 5, 45 8 Vergilius] Aen. III 387 28 Terentius] Eun. I 1, 1 29
 Vergilius] *Aen. XI 438*

p. 1914—16 P.

rum ab activo]. moribundus: ab eo quod est moriens tolle s, adde dus, non facit tempus futurum a passivo, sicut amans amandus, sicut alia
 383, 2 similia; sed est participiale. — Activa sunt quae o littera terminan-
 tur || et accepta r littera faciunt ex se passiva, ut lego legor:
 activum verbum est, quod o habet et addito r passivum | facit. nam non 5
 potest esse activum, quod non faciat passivum, neque passivum, quod non
 faciat activum. neutrum est, si non faciat passivum. commune, quod casi-
 bus discernitur, quod et ab activo et a passivo in or venit. sed activam
 significationem accusativus regit, passivam ablativus, ut criminor te et cri-
 4 minor a te. — Neutra [sunt quae in r littera terminantur, et ea 10
 amissa redeunt in activa, ut legor lego. neutra] activum habent
 tantum. sed quia illud alter non patitur, activum non est, ut nato. —
 6 Sunt etiam neutra, quae i littera terminantur, ut odi novi
 memini: odi temporis praeteriti perfecti est [ut odi novi memini], sicut
 legi. nam quod dicis 'odio te habeo', nomen est, non verbum. nam 15
 Terentius

miris modis odisse aiunt adolescentem Sostrata.

7 — Sunt | item quae in um syllabam desinant, ut sum prosum:
 sum praeteritum imperfectum facit eram; in composito facit adsum. secun-
 dae coniugationis productae est: sic dicimus es, quo modo mones, ut sit 20
 8 circumflexus accentus. — Item quae t littera exeunt, ut pudet taed-
 et paenitet: taedeo in Casina Plauti legimus. secundum hoc verbum
 principale positum est 'pertaeduit me illius rei', et 'pertaesum est illius'
 9 iam pro arbitrio scribentis usurpatum est. — Sed haec et similia de-
 fectiva existimanda sunt: notandum sane omnia impersonalia defectiva 25
 esse. — * sed illud melius est, quod carent participio futuri temporis a
 11 passivo. — Communia sunt quae r littera terminantur et in duas
 formas cadunt: vador illum agentis, vador ab illo patientis; similiter cri-
 minor. neutrum, quia nec activum est | nec passivum. deponens, quod
 13 r litteram numquam deponat, per catantifrasin. — Sunt verba extra 30
 hanc regulam, quae inaequalia dicuntur: inaequalia dicuntur verba
 quae in praesenti tempore quasi activa sunt et in praeterito quasi passiva,
 ut soleo solitus sum, gaudeo gavisus sum, fio factus sum, fido fisus sum,
 et siqua sunt similia. nam soleo solui debuit fa|cere, gaudeo gaudui. fero
 non facit infertor sed inlator. vescor dubium utrum vescitus dicatur, aut 35
 16 forte ideo vescor, quia non facit vescui [audeo ausus sum]. — Sunt quae

Cod. Bern. X 2*—4. 3 terminatur 5 et dato 7 passivum] actium 11 habet
 12 illud 13 quae] qui 20 producta 21 adcentus tedet penitet tedeo 23 per-
 terdnit pertesum 26 illum 34 debuit] debui debui 35 dubiae 36 non om.

16 Terentius] Hec. I 2, 104 22 taedeo in Casina Plauti nunc non legitur; sed
 impersonale taedet est Cas. I 54 abeo, taedet tui sermonis 26 sed illud — a passivo,
 quae ex definitione deponentis verbi relictæ sunt post 30 per catantifrasin videntur
 collocanda esse 35 dubium Putschius 36 audeo ausus sum post 33 gavisus sum
 collocanda esse videntur

declinari rite non possunt, ut cedo ave faxo sis amabo inquit
inquam quaeso aio: inquam inquit non facit, quaeso quaesis non facit,
aio aïs non facit. ergo ista omnia inaequalia et neutrodefectiva sunt. —
Sunt etiam monosyllaba, [quae ideo etiam [quia omnis prima per- 383, 17
sona verbi correpta est, ut canto, to brevis est: dico, co brevis est, et
cetera] producta sunt, ut sto do flo: do das, flo flas flat. quando ista
monosyllaba, producta sunt, composita brevia sunt, ut reddo. — Sunt ver- 18
ba incertae significationis, ut tondeo lavo fabrico punio, mu-
nero populo partio adsentio adulo *lucto* auguro: utrum activi an
passivi tondeo tondeor si vis dicere dicit. lavo: Terentius 'it lavit redit',
Sallustius 'Cossutius in proxima villa fonte lavabatur'. *lucto*:
Terentius 'anulum dum luctat detraxisse', Vergilius 'genibusque
adversae obluor harenae'. partio: Sallustius 'provincias inter
se partiverant', Vergilius 'et socios partitur in omnes'. auguro:
15 Vergilius 'et siquid veri mens augurat, [opto]', Statius 'auguror
hinc Thebis belli m'. populo, vexo: Vergilius 'populatque in-
gentem farris acervum' et 'quisque suum populatur iter'. adulo
illum, adulo illi, obsequor. — Et his verbis pene accidunt: quia et 20
ab activa veniunt et a passiva, ut adulo adulans adulatus adulaturus et
adulandus. — Id est rite declinari omnino non possunt. nam ab eo quod 16
est cedo, dic mihi illam rem, secundam et tertiam personam non facit,
cedis cedit; in plurali facit cette, ut Plautus in * 'cette patri meo',
id est date vel dicite patri meo. ave similiter non declinatur, nisi tantum
in secunda persona. faxo faxis: Terentius 'faxis promissa appareant',
25 amabo a prima persona non declinatur, quia velut blandientis est signi-
ficatio. inquit non declinatur in prima persona, quia inquit coepit loqui, ut
'inquit eo || dicente d. d. a'. |

Cod. Bern. X 4—5. 1 ut cedo (corr. al. man. edo) habeo 2 inquit] inqueo
6 quando] quantum 8 lavo] labeo punio] punico 9 partio] patrio lucto
om. 12 anulum corr. al. man. anulum uergilium 14 uergilii 15 siquit
16 populo vexo illum adulo adulor obsequor adulo adulas adulatus adulaturus et adu-
landus et his verbis pene accidunt quia et ab activa veniunt et a passiva ut populatur
ingenti farris acervum et quisque suum populatur iter id est 20 ab eo] habeo
21 illum 23 have 24 in secunda] in prima faxis. rimissa *deleta una littera*,
corr. al. man. promissa 26 non post inquit om. cepit

6 quantumvis ista Putschius 10 ut est tondeo et tondeor: quod vis dicis, et
tondeo mihi caput et tondeor mihi caput Pompeius p. 308 ed. Lind. it lavit] Ter.
Eun. III 5, 45 11 Sallustii verba tertio historiarum libro tribuit Kritzius Sallust.
fragm. p. 246 Cossinius Kritzius forte Dietschius 12 anulum] Ter. Hec. V 3, 31
genibusque] Verg. Aen. III 38 13 provincias] Sall. Jug. 43: cf. Serv. in Verg.
Aen. I 194 Prob. cathol. p. 36, 25 14 et socios] Verg. Aen. I 194 15 et siquit]
Verg. Aen. VII 273 Statius] Theb. III 592 16 populo sqq.] in emendanda per-
turbata codicis scriptura secutus sum Pompeium p. 308 et 310 ed. Lind. populaturque]
Verg. georg. I 185 17 quisque] Verg. Aen. XII 525 22 lacunam qua nomen
fabulae Plautinae excidit indicavi. eadem Plauto tribuit Pompeius p. 325 ed. Lind.;
erravit Alcuinus p. 2118 cette pro date Terentius 'cette patri meo'. cette dexteras
nunciam Plauto restituit Camerarius Merc. V 4, 4 (v. 965) 24 Terentius] Eun. II
3, 20 27 inquit eo] Verg. Aen. X 101

383, 21 Sunt item verba quae componere possumus, ut pono traho, repono; sunt quae non possumus, ut aio quaeso. numeri verbis accidunt duo, singularis et pluralis, singularis, ut lego, pluralis, ut legimus; item secundum quosdam dualis, ut legere: propter metrum legere prudentius dicimus, quod significat legerunt, 5 ut Vergilius 'legere rudentis'. ideo dualis dicitur numerus, quia duas personas a plurali numero tertia persona sibi defendit.

384, 10 Tempora verbis accidunt tria, praesens praeteritum et futurum, praesens, ut lego, praeteritum, ut legi, futurum, ut legam: omnis prima coniugatio ad imperativum modum vi addit 10 iunctum et facit praeteritum tempus perfectum, ut canta cantavi, salta saltavi, vacua vacuavi, exceptis scriptis, ut puta tona tonui, sed ita | tamen, ut sciamus et tonui facere et tonavi. sic tibi licet recedere ab ipsa regula, ut non perdas ipsam regulam: licet tibi et aliud dicere, doma et domui et domavi facit. nam in quinta Verrinarum Tullius perdomavit, e con- 15 trario Vergilius domui ait. sed haec discretio est: si facit nomen verbiale domitor, ut per i exeat, praeteritum perfectum in ui separatum mittit; si a suum tenuerit nomen verbiale, ut laudator cantator, in vi iunctum mittit, ut laudavi cantavi. — Tempora in verbis omnia quinque sunt. sane videntum est ne tempora confundantur praesentis temporis et futuri. quare legis 20 praesens est, [si] leges futurum, ut illud exeat per i correptam, illud per 12 e productam. — Sed praeterito tempore differentiae sunt tres, imperfecta perfecta plusquamperfecta; | imperfecta, ut legēbam, perfecta, ut legi, plusquamperfecta, ut legeram. ergo in modis verborum quinque tempora numeramus, praesens, 25 praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum, futurum: inter perfectum et plusquamperfectum hoc interest: 'ante decem annos' qui dicit 'ambulaueram', soloecismum facit: debet enim dicere 'ante decem annos ambulavi', item 'ante quindecim ambulaveram', non ambulavi. quidquid enim in praeterito auditum 30 fuerit, tempori plusquamperfecto debetur. *inter plusquamperfectum et imperfectum* hoc interest: plusquamperfectum est quod ante iam factum est,

Cod. Bern. X 5*—6.* 1 pono] pono 3 singulares et plurales 6 legere rudentis superscripta i littera ante rudentis 8 praeteritus et futurus 9 praeteritus futurus 14 aliut 15 in quintam ae contrario uergili 16 discretio corr. al. man. discretio 18 suam] sua cantator 21 illut illut 22 productum 23 perfecta al. man. add. 24 perfectam ut legi 25 temporis 27 inter al. man. add. 28 sollecismum 29 item] iterum 30 non ambulavit 31 deuetur hoc interest (corr. al. man. completum) non est interfectum (corr. al. man. inter perfectum) et plusquamperfectum hoc

6 legere rudentis] Lucan, Pharsal. III 44. Vergilius autem eadem verbi forma bis usus est, georg. III 125 quem legere ducem et georg. III 282 malae legere novercae. ex quibus exemplis alterum post nomen Vergili excidisse videtur 16 domui] Verg. georg. II 456 Centauros leto domuit

imperfectum est quod totum completum non est. — Inter perfectum et plusquamperfectum hoc interest: quod est factum nunc, perfectum est; quod ante | factum, plusquamperfectum.

Prima persona *in* neutralibus et in activis respuit casum, quia per se
 5 inplet effectum, nam deponentia et passiva interdum admittunt nominati-
 vum casum, quando opus est ut personam suam ad se meritum. — Etiam 384, 22
 verba impersonalia, quae in tur exeunt, casui serviunt ablativo,
 ut ge||ritur a me, a te, ab illo: impersonalia pronominum sibi vindi-
 cant casus ablativos. sed in omnibus personis ipse casus est, numquam
 10 variat. — Quae in it exeunt casui serviunt dativo, ut contingit 23
 mihi tibi illi: in it impersonalia quae exeunt, pronominis semper casum
 sibi vindicant dativum. — Quae vero in et exeunt, ea modo dativo, 24
 modo accusativo: impersonalia quae in et exeunt a pronominibus alia
 accipiunt dativum, alia accusativum casum. sed tamen notandum | libet
 15 tantum dativo [et accusativo] iungi. nam pudet piget taedet paenitet semper
 accusativo dicimus. — Accuso te et invoco te: et in simplici et in com- 28
 posito ipsum casum tenet. — Soleo caret participio praesenti; solens non
 facit. Oriri infinitus est. ita et veteres dicebant moriri; euphonia mori
 emendavit. Sallio sallire facit, et psallo psallere facit et salio saluere, ut
 20 mollibus in pratīs unctos saluere per utres.
 Studeo quamvis neutrale sit et activi regulam sequatur, futuri tempo-
 ris participio caret. nam nemo dicit studiturus, sicut iturus. [omnes 32
 latinas recipient] *Ab* eo quod est ovat primam personam non habet:
 nam nemo dicit ovo, ne intellegamus dativum singularem *ab* eo quod est
 25 ovum.

Nam triumpho | per p et h scribitur. k et o littera non 385, 2
 praeponitur. item sine u praeferri o littera non potest: nullum
 verbum primae personae ante o f recipit. sed triumpho non in f et o fini-
 tur, sed per aspirationem, ut pho. — Sunt verba defectiva alia per 4
 30 modos, ut cedo: cedo quando significat dic, imperativum tantum modum
 habet. ideo per modos defectivum est, facit autem pluralem cete. —
 Alia per formas, ut facesso: facesso quasi frequentativum, cum non
 habeat principale, unde oriatur, et non descendit ab eo quod est facio.
 nam facessere est abscedere, et est prima coniunctio, ut Terentius 'haec

Cod. Bern. X 6—8.* 3 in ante neutralibus om. 5 passivum 7 ablati-
 vum 8 pronomium 9 ablativo 16 accusativo te et in uoco (*corr. al. man.*
 in vocativo) te 18 oriri euphonia aemori aemendavit 19 salio] saluo *deleta u*
littera 21 accusativi sequantur futurum 23 ab om. ovat] abari 24 ovo ne]
 obone singulam (*corr. al. man.* singularem) eo quod 28 recipit] sequitur triumpho
 29 verbo *corr. al. man.* verba 30 cedo dic quando significat dic 33 principalem

6 fortasse ut personam suam adsumant 14 libet] *cf. Pompei. p. 319 ed. Lind.*
 18 sallire] sallere *Putschius* 20 mollibus] *Verg. georg. II 384* 34 Terentius]
Phorm. III 3, 30

p. 1918—20 P.

hinc facessat². ex eorum omnium similitudine aliorum defectivorum regulam requires. — Notandum, cum imperativus modus o littera finitus sit, | facit
385, 5 tamen pluralem ceterae. — Vt adsum: adsum in composito caret coniugatione; in simplici secunda intellegitur, quia sum es est facit. — Liqueat mihi, id est manifestum est mihi, defectivum: facit equidem liquebat mihi, 5
7 tempore tamen perfecto caret, non enim facit liquet. — Soleo faxo inpleo: soleo, perdit enim tempus. in praeterito enim tempore erit passivum, soleo solitus sum, cum in praesenti formam habeat activi. — Verba quoque impersonalia cum per omnes modos declinari possint, inveniuntur quaedam defectiva, ut liquet miseret: miserebat 10
potest facere, quo modo liquet liquebat. nam miseruit non facit, quo modo nec liquet. verba impersonalia corrupta per omnes modos declinantur. nam alii, qui adserunt usque ad imperativum declinari, | auctoritate vincuntur.

DE ADVERBIO

11 Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem (adicitur verbo semper adverbium, unde et adverbium dictum) eius aut complet aut minuit (ut est bene lego, male describo), ut etiam faciam vel non faciam. adverbia aut a se nascuntur: significationem tunc complet, [ut] cum dicimus 'pessime recito' 'optime peroro'. * integrum est. si dico 'iam faciam', firmavi quod disposui; si 20
dico 'non faciam', infirmavi, quod non dixi. a se originem ducunt, non enim habent originem, unde nascantur. — A vocabulo, ut ostium ostiatim; a pronomine, ut meatim tuatim: ostiatim per singula
15 ostia, meatim meo more, tuatim tuo more. — Pedetemptim: hic pes, temptim teneo: ergo quasi dicas pedem teneo. — Adverbia ab appellativis
25 vel propriis nominibus quae veniunt semper in e productam exeunt, ista tamen quae a recta significatione descendunt. nam bene et male brevia sunt, et illa etiam quae originem non habent, ut rite saepe. — A verbo, ut cursim strictim: adverbia quae ab aliis veniunt ex his tribus par-
16 tibus fiunt tantum, ex nomine pronomine verbo. — Participio, ut indulgens indulgenter. a nomine venientia aut in a exeunt * in correpta ut rite: hic erravit Donatus. nam nulla partici-
pia adverbia ex se faciunt. nam in tantum indulgens nomen est, ut recipiat comparisonem, indulgens indulgentior indulgentissimus, unde fit ut non creda-

Cod. Bern. X 8—XI 1*. 1 similitudinē defectivorum 2 requires] sequerit
3 ut (a sum add. al. man.) adsum adunt in composito 5 defectio 11 potes
12 nec licuit correpta 13 alia qui adseruntur auctoritate vincuntur adverbium est adverbium est pars 15 quae om. verba significatione 16 semper]
sem 17 describo 19 discimus (corr. dicimus) primae recito optimae peroro
21 dicunt corr. al. man. ducunt 22 enim] tamen 25 ergo pedem teneo si dicas
26 producta 28 saepe] semper 33 ex se faciunt] exeunt 34 creator

20 integrum est ad definitionem adverbii pertinere videtur, quoniam verbum etiam non addito adverbio integrum est. itaque lacunam indicavi

tur a participio esse, sed a nomine hic indulgens. accepta igitur comparatione participia fiunt nomina. omnia adverbia a terminata longa sunt, | ut una contra, ut 'illum aspice *contra*'. — Aut in i, ut vesperi; 385, 18 aut in o productam, ut falso; aut in o correptam, ut modo; 5 aut in u, ut noctu; aut in m, ut scriptim; aut in r, ut breviter; aut in s, ut funditus (exeunt et in am, ut perperam). adverbia quae in e exeunt produci debent praeter illa quae non comparantur ('rite secundarent visus', et ritius non facit), ut rite, aut comparationis regulam non servant, ut bene male: faciunt 10 enim bene (benius non facit) melius optime (malus non facit) male peius pessime: aut ea quae a nomine verbove: quaecumque nomina appellativa adverbia ex se faciunt et dativo casu o littera finiuntur, appellativa sane, o in e convertunt, ut huic docto docte, ita et doctissimo doctissime. sunt alia quae contra regulam veniunt, sed rara et auctori- 15 tate usurpata, ut durus duriter, | inhumanus inhumaniter. item sunt alia quae o in er litteras convertunt, ut violento violenter. inter nocte et noctu hoc interest: si 'tota nocte' iunctum dico, nomen facio; si solum noctu, adverbium. nomina communis et omnis generis semper in r exeunt, ut brevis breviter, misericors misericorditer. et magne, quia magnus 20 maior maximus facit. etiam ipsa adverbia aliquotiens faciunt, ut paene paenitus. bene et male comparari ex se non possunt; ideo in e correptum exeunt. rite originem sui non habet et in comparatione deficit, quia ritius nemo dicit. saepe quamvis comparationem servet (nam dicimus saepe saepius saepissime), tamen, quia originem ex nomine non habet, ideo brevis 25 est. notandum sane horum adverbiorum regulam talem esse, ut ea quae | a diversis generibus vel a nomine veniunt, ut auctoritas elocutionis exercuit, ita et adverbia faciant. regula adverbii quando debet in e ire, quando in o et er. masculina omnia nomina, quae fuerint propria et ex se faciunt feminina, in e productam mittunt adverbia, ut Tullius Tulliane, 30 Sallustius Sallustiane, Vergilius Vergiliane. quae vero appellativa fuerint et ex se masculinum et neutrum faciunt, et ipsa in e exeunt productam, ut doctus docta doctum, facit docte. sed ista comparantur quae appellativa sunt adverbia, propria comparari non possunt, sicut et nomina ipsa. illa vero quae a communi genere veniunt vel ab omni semper in er cor-

Cod. Bern. XI 1—3.* 1 esse] este hic indulgens] hic legens 3 ut illum aspice ut falso aut incorreptam aut in .i. ut vesperi aut in o producta aut in u ut noctu 6 et in am] etiam 7 illa] illae 8 secunda .re. visus et tritius 10 enim ut bene 11 verbove] verbo .ae. 12 fiuntur 13 huic] hic 14 alia quae contra 16 quae in o in r litteram convertuntur 17 totam 22 artius corr. al. man. ritius 25 talem] tamen 27 faciant] facienda devent 28 in o ter 29 tulline 31 et .i. ipsa in e exeunt productum

3 illum] *Verg. Aen. XI 374* 8 rite] *Verg. georg. III 35* 14 sunt alia — inhumaniter repetita sunt infra 23, 2 19 magne] *cf. infra 64, 28*

p. 1921. 22 P.

reptum exeunt, ut nobilis nobiliter, felix feliciter, et comparantur, quia appellativa sunt. o quae producuntur a masculinis veniunt | et melius iuxta regulam in e caderent, ut false, sicut docte. sed auctoritas in o mutavit, ut 'falso queritur de natura sua genus humanum'. et ipsa ista producenda sunt. *modo*: ideo hoc adverbium correptum est, quoniam non descendit ab eo nomine, unde descendit et falso, ut 'tu modo posce deos veniam'. nam continuo inde producitur, quod a nomine venit, ut huic continuo, continue facit adverbium, quod, ut diximus, e in o auctoritas convertit. cito quaerendum est cur breve sit. quoniam significationem non servat, dum flectitur in adverbium. nam falsus potest et falso facere et false, continuus potest et continuo facere et continue; citus autem non facit cite, sed cito, unde o correptam habet, ut

et cito | rapturus de nobilitate comesa.

est alia regula, unde brevis sit cito, quia comparationem recipit [et duplicat adverbium], quod continuo et falso facere non possunt. potest facere comparativum. nam ista adverbia ideo in o exeunt, quia anomala sunt in comparatione, illa vero ideo in e, quia comparationes legitimas servant.

Adverbia ipsa, quae extra exempla lectionis huius reperiuntur, sensu colligenda sunt, ut deprehendantur cuius sint significationis. sic dicendum est 'intus sum', 'foris sum', 'foras vado', 'intro vado', 'ibi sum', 'illuc vado'. 'de intus' et 'de foris venio' non possumus dicere, quia praepositio adverbiiis numquam iungitur. sane sciendum quod non dicitur 'de domo venio', ut Terentius 'domo me eripuit'; | vel tunc dicimus 'de domo venio', quando pronomen additur, ut 'de domo mea venio' vel 'de domo tua'. — Omnia adverbia, quae ab appellationibus descendunt et e littera terminantur, producto accentu pronuntianda sunt, ut prime docte et cetera. sane ista tria corripienda, bene male magne; anomala reperiuntur. falso et magno et nomina et adverbia sunt. sed quando significationem nominum perdunt, in adverbia transeunt. — Roma si non sit nomen, sed vice loci sit, adverbium est, ut Roma venio: adverbium, quia locum significat, unde veneris. nomina civitatum quando significant, locum non demonstrant. | nam si locum demonstrant, adverbia faciunt, ut

Cod. Bern. XI 3—5. 4 quaeritur 5 modo om. 6 descendunt ab eo
10 in adverbio 12 cite om. 15 alia] ... a corr. recenti manu una quia] qui
16 possunt om. 19 extra exempla reperiuntur 20 deprehendantur
21 foras] foris 24 eri | vel 26 appellationibus 27 primae 28 mala magnae
reperiuntur 29 fulso 31 uenio a quia locum significat adverbium quidem
monstratunde veneris 32 significat locum non demonstrat 33 faciunt in cre
ataciussit

4 falso] Sall. Jug. 1 6 tu modo] Verg. Aen. III 50 14 et cito] Iuven.
sat. I, 34 24 Terentius] Adelph. II 1, 44 28 magne] magne Putschius. magne
etiam supra 63, 19 in codice est

'Cretae iussit considerare Apollo.' ut Cicero 'ad Messanam' pro Messanam, Vergilius 'Tyria Carthagine qui nunc Expectat' pro Carthagini. antiqui autem alia consuetudine utebantur: et civitatibus praepositiones iungebant et provinciis detrahebant versa vice, ut Vergilius
5 'Italiam fato profugus' pro ad Italiam, quod rectius nos civitatibus demimus, provinciis applicamus.

Facile et difficile, quae ut adverbia ponuntur, nomina 385, 25 potius esse ducenda sunt: multi dubitant facile et difficile utrum nomina sint, an adverbia. sed magis nomina intellegimus, ut sint communis generis et neutri, ut hic et haec facilis et hoc facile, quia possunt adverbia facere, ut faciliter | et difficulter. — Pro adverbii posita, 26 ut est torvum clamat, horrendum resonat: sunt etiam nomina quae a poetis pro adverbii licentissime ponuntur, ut 'torvum clamat' pro torve, horrendum pro horrende. sunt quaedam nomina quae, dum
15 vocabulorum obtinent locum, faciunt etiam adverbia, quae licenter poetae commutant et nominibus pro adverbii utuntur, ut Romae ruri. — Ergo 27 adverbia, quae in e productam exeunt, ab eo nomine veniunt, quod dativo casu o littera terminatur, ut huic docto docte: ista quae originem habent et comparisonem rectam in e exeunt productam. mane autem ideo correpta est, quia in comparatione deficit: nec
20 manius dicimus, nec originem habet. | — Quae in ter exeunt, ab eo 386, 1 nomine veniunt, quod dativo casu i littera terminatur, ut (huic facili faciliter) agili agiliter. contra quam regulam multa saepius usurpavit auctoritas. nam quaedam et in dativo casu manent,
